

AVCTARIVM

ADDITAMENTORVM AD CORPORIS VOL. III

supra p. 1—104.

AEGYPTVS.

ALEXANDREA (supra p. 1).

1324 ad Eph. II n. 330. 337. Duae hae tabellae nuper cura Gastonis Maspero inlatae sunt in museum Bulacense. Id qui curat subpraefectus Urbanus Bouriant utramque misit descriptam, confirmans ita quam proposui lectionem, nisi quod in n. 330 puncta adsunt nulla legiturque v. 2 ΜΗΤ. Supra titulum cernitur imago similis ei quam descripsi ad n. 337; in utraque miles dextra tenet hastas binas.

1325 tabula marmorea alta c. 50, lata c. 60, Alexandriae a. 1882 empta a Maspero et collocata in museo Bulacensi n. 5452.

femina in lecto iacens

	D	M		AN
QVE	pes	AVRELIE AQVILLIE FILIE PA	pes	III
BIXIT	lecti	RENTES BENE MERENTI FECERV	lecti	MES
				III

Maspero misit descriptam.

I AURELIE lapis.

COPTVS (supra p. 5).

1326 ad Eph. V n. 15. Latereculum heliographice expressum edidit Ernestus Desjardins in eph. *Bulletin du comité des travaux historiques et scientifiques, archéologie* 1883 p. 178—183. Eam tabulam qui inspexerit, recte titulum supra editum esse intellet, id quod etiam Desjardinius iam professus est. Idem de titulo tertium dissevit in eph. *Bulletin trimestriel des antiquités africaines* 3 (1884) p. 182—192. Singillatim haec habeo adnotatis adicienda.

ad B, 7. Robertus Mowat. qui inscriptionem hanc repetivit bis *bull. épigr. (de la Gaule)* vol. 3 p. 199 et vol. 4 p. 35. litteris tribus *b 7 F·S·S·* contendit significari *fit summa summarum*; et verum est *supra scriptarum cohortium* minus recte scribi quam *cohortium supra scriptarum*, neque id me fugit. Sed deterruit me cum litterarum singularium nullo exemplo confirmatarum admissio tum locutio appositiva formata sane insolita *fit summa summarum centuriones X*. Iam vero existimo erravisse me et verum vidisse Mowatium, recordatus calculorum apud Catonem de *agri cult.* c. 22, 3. Ibi enim post singulas summas relatas quae sequitur ex coniunctis effecta, ei bis praemittuntur notae *S·S·*, id quod vere videtur interpretandum esse non, ut adhuc factum est, *summa sumptus*, sed *summa summarum*, cum in simili loco (5. 2, 5) Columella sic scribat: *utramque summam componito: fiunt pedes XXXIX milia*. Quam ob rem locutio haec vere videtur propria fuisse veterum calculatorum et tabulariorum et ab his pervenisse ad poetas Plautum et Lucretium aliosque (Seneca *epist.* 40 fin.).

ad B, 10. De laeco vocabulo nuper egit Franc. Buecheler in *eph. Monacensi Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik* vol. 1 (1884) p. 285. Potest conferri quod in titulo excepto Damae in Trachonitide (Lebas-Waddington n. 2452) legitur: τὸ μῆμα καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὸν ἐνόντα λάκκον καὶ σπηῶνα ἐφύτευσεν.

ad B, 15. Idem Mowatius quod hoc loco legitur *castram* interpretatus est *castra m(aiora)*, perperam; nam fuisse Copti castra bina iam, sublato errore Desjardinii legentis *b 15 u* pro *ET*, amplius non erit qui defendat, nec licet tenorem scripturae aequabiliter decurrentem interrumpere interposita nescio qua littera singulari non ad legitimam normam, sed temere plane excogitata. Contra qui comparaverit inter alia similia quod est in titulo nuper in Africa erudato (supra p. 541 n. 1233) anni ante Chr. 2 *imp. Caesarem Augusto M. Plautio Silvano*, mihi adsentiet auctorem alterius additamenti (nam vv. duo *b 14. 15* ab alia manu exarati sunt) vitio sermonis vel pronuntiationis *castram* dedisse pro *castra*.

VIAE AEGYPTI (supra p. 12).

1327 ad *Eph. V* n. 18. Eduardus Naville per litteras certiore me fecit tabulam hanc (*dalle de calcaire blanc de 35 centimètres de largeur sur 30 de hauteur*) repertam Tell-el-Maschuta inter rudera castris Romani inscriptam esse sic:

DD NN VICTORIBVS
 MAXIMIANO ET SEVERO a. 306/7
 IMPERATORIBVS ET
 MAXIMINO ET CONSTANTINO
 5 NOBILISSIMIS CAESARIBVS
 AB ERO IN CLVSMA
 M VIII B

Ita cum iam et de lectione constet et ne hoc quidem amplius defendi possit erravisse quadratarium in numero bis enuntiato tam Latine quam Graece, Clysmata huius tituli non potest esse id quod fuit prope Arsinoen distans ab Heroonpoli m. p. LXVIII, sed fuerit necesse est alter locus cognominis, scilicet, ut indicant mensurae, situs prope Isma'iliya ad lacum Timsâh. Nec causa latet; nam κλύσμα cum significet eum locum, quem undae maris extremae adluunt, id utrique situi pariter aptum est. Heroonpolis enim Straboni 16, 4, 2 p. 767 est πρὸς τῷ Νεῖλῳ μύχρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου (quae verba nulla emendatione indigent) et appellatur ab ea alter sinus maris Arabici (Ptolemaeus 2, 1, 6: διὰ τοῦ κατ' Ἡρώων πόλιν μυχροῦ. 5, 17, 1: κατὰ τὸν Ἡεροπολίτην κόλπον).

SYRIA PALAESTINA.

BETHLEHEM (p. 21).

1328 ad n. 115. Augustinus Scholz (*Reise in die Gegend zwischen Alexandrien und Paractonium, die libysche Wüste, Siwa, Egypten, Palaestina und Syrien*. Lipsiae et Soraviae 1822. 8. pp. 305) p. 162 primus edidit sic:
 OEL AVREI.

AELIA CAPITOLINA (p. 21. 969. Eph. II, 292).

1329 Hierosolymis rep. ab ecclesia sepulcri sancti ad orientem.

I M P }
 PART }

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884, cui misit archimandrita Hierosolymitanus.

Fortasse principium tituli editi n. 116.

SYRIA.

BERYTVS (supra p. 18).

1330 ad Eph. V n. 20. Portoria Syriae tangunt item enarrator litorum maris rubri c. 19: εἰς αὐτὴν (Leucen Comen in Arabia) καὶ παραλήπτῃς τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ παραφυλακῆς χάρις ἐκατοντάρχῃς μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται, et Philostratus in vita Apoll. 1, 20: παρ-
 ιούτας δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν μέσσην τῶν ποταμῶν ὁ τελῶνις ὁ ἐπιβεβλημένος τῷ
 Ζεύγματι πρὸς τὸ πινάκιον ἤγε καὶ ἡρώτα, ὅτι ἀπάγοισιν. Illo loco dubitari
 non potest agi de vectigali publico populi Romani.

1331 Deir el Kalá.

IVNONI ORI
 C INAE C IV
 LIVS MAXI
 MVS FECIT
 5 V · L · m · S

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884 edidit missam
 a proxeno Dano Loytvred Beryti degente.

1332 Deir el Kalá.

MATRI · MATVTAE
 FLAVIA·T·FIL·NICOLAIS
 SADDANE · ANTISTI
 VETERIS·EX RESPONSO
 5 DEAE · IVNONIS · ARAM
 FECIT · DEDICAVITQVE

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem. Idem tituli meminit *Revue critique* 5 Nov.
 1883.

Duplex nomen est feminae et Graecum et Syriacum; hoc, scilicet *Caddan*,
 redire Syriace et Hebraice in sarcophago reperto in monumento regio Hiero-
 solymitano monet editor. Vir pertinuit fortasse ad nobilem stirpem Antistio-
 rum Veterum.

1333 Deir el Kalá.

EX · VOTO · M · TITTI · RE

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem.

X. *Dumeir* (p. 23).

1334 ad n. 130. Repertam eodem loco, scilicet a Damasco in via ad Euphratem, hora dim. a Maksura ad orientem, inter rudera q. d. Girbet Maksura, in moenibus castelli, misit Moritzius charta expressam. Sunt in lapide quae coniectura restituit Borghesius; praeterea leg. 4 fin. NEI — 5 fin. AV/ — 6 fin. TRIB PTI — 7 II — 8 CHA/ — 10 N/ — 12 PRAE/

HEMESA (*Homs*).

1335 prope Tayiba inter Kalaat el Hosn (prope Homs) et Hamam in vinea.

vir stans volumen

tenens

I I / A I / A V

E V R I / C I O I I I

V I X I T A N X X

A V E

R V R C

XXXVII

Ectypum Sachauio misit proxenus noster Damascenus Lütticke, sed in quo omnia incerta sint praeter prioris tituli v. 3; nihilo minus recepi propter locum.

NICOPOLIS SELEVCIDIS (*Niböli*, nunc *Islâhië*).

1336 utrum in columna scriptum sit an in pila, nescimus. *Islâhië*.

IMP · DIVI · AVG · F · AV^{gustus pontifex}
 MAXIM · COS · III^{TR}ib. pot. .. uiam?
 AVGVSTAM · NICOPOL^{itanam cn. sentio?}
 SATVRNINO · LEG · CAE^{s. aug. curante fecit}

Ectypum Puchsteinio misit Hamdi Bey director musei Constantinopolitani.

Titulum a principio integrum esse probabile est neque tamen certum; de punctis quoque non omnino constat. Ipsa lectio certa est. Divi Augusti filius sine dubio Tiberius est, quamquam parum recte et primo et quarto versu praenomen naturale suppressum est et illo loco substitutum paternum a filio non admissum; similiter erratum est in miliaris Africanis C. X, 10018. 10023 et in titulo Imoski in Bosnia reperto apud Hirschfeldium *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 110. Consul IV cum Tiberius fuerit per a. 21—30, eo tempore titulus scriptus sit necesse est. Syriam Pisone legato Augusti a. 19 p. Chr. expulso administravit legatorum qui in provincia erant vetustissimus Cn. Sentius Saturninus is qui fasces gesserat a. p. Chr. 4, eumque verisimile est hoc titulo nominari, sive legatus legionis fuit deficientis legati

provinciae praepositi vices gerens, sive iassu Tiberii successor datus Pisoni; hoc praefero, cum quoniam legatus legionis Augusti vocabulum raro adsumit, tum quod vix credibile est Syriam per biennium iusto praesidecaruisse. Itaque L. Aelius Lamia, qui per complures annos ad eum quo obiit 33 p. Chr. Syriae ita praefuit ut ipse Romae degeret, Pacuvius legatus legionis provinciam administraret (Tac. ann. 6, 27; Seneca ep. 12, 8), non Pisoni successit, ut adhuc credideramus, sed Saturnino. — 2 extr. supplementum quamquam dubium est potestque de opere publico diverso cogitari, certe inde confirmatur quod egregie coniecit Kiepertus (apud Puchsteinium in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1883 p. 30) oppidum dictum hodie Islâhîe, olim autem Nîbôli¹⁾ esse Nicopolim antiquam sitam in ipsis confiniis Ciliciae et Syriae supra sinum Issicum in mediterraneis. Ea quamquam non recte apud Stephanum Byzantium (s. v. Ἰσσοῦς) eadem dicitur atque Issus clara victoria Alexandri, sed una cum Isso memoratur a Strabone 14, 9, 19 p. 676, item a Ptolemaeo 5, 8, 7 collocatur in Ciliciae mediterraneis, cum Issum recenscat in litore, ab ipso illo proelio nomen videtur traxisse; nam tam prope ab Isso abest, ut facile aliqua ratione victoria Issica ad ea loca pertinere potuerit, censetque Kiepertus (apud Droysenum *Gesch. des Hellenismus* 3² p. 201) Darium ibi castra habuisse ante proelium ad Issum factum. Eius civitatis nummi sunt inscripti Νεικοπολιτων Σελευκιδος similiterve (Eckhel 3, 322; Mionnet 5, 265; S. 8, 181). Collocatur a Strabone l. c. ad sinum Issicum, a Ptolemaeo, ut modo vidimus, in mediterraneis Ciliciae, a Malala l. 12 p. 297 in Cilicia, ab Hierocle p. 713 in provincia Euphratensi (cf. stadiasmus maris magni c. 154); denique itinerarium p. 190 viam enarrat hanc: *Nicopoli — XIII — Aliaria — XV — Gerbedisso — XX — Dolicha — XXIII — Zeugma* et sic deinceps Edessam.

¹⁾ Botanicae causa qui a. 1864 hanc regionem peragravit Haussknechtius itemque Beryti degens Hartmannus narrarunt Kieperio oppidum iam mutato nuper nomine nuncupatum Islâhîje, quod significat Reformatorium, antea dictum fuisse Nîbôli.

Marasch.

1337 Marasch (ubi fortasse Antiochia fuit ea quae ad Euphraten dicitur sive ad Taurum) intra oppidum dicebatur reperta esse.



Descripsit Puchstein a. 1883 et ectypum dedit.

1 et 7 parum certi sunt; in hoc legit Puchstein VBIANI.

CILICIA.

SELINVS (p. 44).

1338 ad n. 225. Descripsit nuper Luschan medicus Vindobonensis. Adde ante v. I D · M.

LYCIA ET PAMPHYLIA.

MYRA (supra p. 24).

1339 ad n. 232 = Eph.V n. 34. Primum prodit, ut monuit Benndorfus, in volumine inscripto *Ansichten von der Türkei, hauptsächlich von Caramanien nach den Originalzeichnungen des Herrn Ludwig Mayer mit Erläuterungen von I. A. Bergk* edito Lipsiae a. 1812 tab. 2.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

ANTIOCHIA PISIDIAE (p. 54).

1340 ad n. 292. Descripsit Ramsay, legens 1 NOV — 2 PRISCI — FLAVON — 3 RV — 4 APRONANC — 5 STITIB — 6 TRIBLATIC'EGVIFER-CAPA.

1341 ad n. 293. Descripsit Ramsay ex lapide ita, ut nos emendavimus conjectura.

1342 ad n. 303. Descripsit Ramsay, legens 1 VVPETILIAMF — 4 ΠΕΠΔΙΑ — 5 ΑΥΤΙΑ — 6 ΤΙΛΙΩ.

1343 basis quadrata Yalovadj in coemeterio.

IMPERATORI CAESARI
FLAVIO VALERIO
CONSTANTINO
PIO FEL INVICTO
5 AVGVSTO

Ramsay descripsit.

1344 columna Yalovadj in coemeterio.

P · A N I C I O
 P · F · S E R · M A X I
 M O P R A E F E C T O
 C N D O M I T I A H E N O B A R
 5 B I P · P · L E G X I I F V L M P R A E F
 C A S T R O R L E G I I A V G I N
 B R I T A N N I A P R A E F E X E R
 C I T V Q V I E S T I N A E G Y P T O
 D O N A T O A B I M P D O N I S
 10 M I L I T A R I B V S O B E X P E D I T I
 T I O N E M H O N O R A T O
 C O R O N M V R A L I E T
 H A S T A P V R A O B B E L L W
 B R I T A N N I C C I V I T A S
 15 A L E X A N D R Q V A E E S T
 I N A E G Y P T O H C

Ramsay descripsit nocte ingruente, quod exemplum et ipse misit et Waddington.

2 fin. hiatus non notatur. — 7 fin. traditur EXO.


P. Anicii Maximi huius, quem tam ex tribu quam ex statuae dedicatione colligitur origine Antiochenum fuisse, filius fortasse fuit Anicius Maximus proconsul Bithyniae nominatus a Plinio ep. ad Trai. 112. — Cn. Domitius Abenobarbus, omnino pater Neronis imp., consul a. 32 p. C., defunctus a. 40 (Suetonius Ner. 6), cum Antiochiae IIviratum admisisset, hunc Maximum praefectum sibi nominavit, acceditque is ad perraros eius generis praefectos inventos primis imperii temporibus extra domum imperatoriam (*Staatsrecht* 2 p. 801). — Praeterea cursus honorum totus castrensis est. Gregalis militia cum solito more praetereatur, remansit inde quod legitur v. 9—11 Maximum ab imperatore, cuius nomen tacetur, fortasse igitur Gaio, ob expeditionem nescio quam donis militaribus donatum esse; quae erunt torques armillae phalerae ipsae suppressae propter maiora dona postea adepta. Nam solent dona militaria extra honorum ordinem post eos collocari. — Perfunctus caligata militia, item primipilatu legionis XII fulminatae in Syria tendentis Maximus in exercitu meruit qui a. 43 in Britanniam missus est, scilicet legionis II Augustae praefectus castrorum; de quo officio diligenter exposuit Gustavus Wilmanns in hac *Ephem.* vol. 1 p. 81 seq. Ob id bellum Maximus donatus est hasta pura et corona murali. Inde primum opinor intellegitur, qualia dona eiusmodi praefecto legitime convenient; nam tituli eorum reliqui dona memorantes rem non deciderunt, cum in Fabrianensi (*Eph.* l. c. p. 85 n. 25) dona ad centurionatum neque ad praefecturam spectent, tituli Amastriani (supra n. 87) neque ipsa omnia ad praefecturam pertineant et praeterea a solita ordinatione plane recedant. Sunt autem ea fere, quae bona aetate tribunis militum et praefectis cohortium dari solent, ut exempli causa praefecto cohortis a Vespasiano dantur corona aurea et

hasta pura (C.V, 875). — Post praefecturam castrorum legionis II Maximus factus est praefectus exercitus Aegyptiaci, quo munere fungentem Alexandrini honoraverunt statua in patria posita *h(onoris) c(ausa)*. Sed id officium quo spectet, videndum; novum enim in titulis certe accidit. Posteriore aetate cum una sola legio in Aegypto tenderet, ei ita praefuisse praefectum castrorum, ut legati legionis vices faceret et solum praefectum Aegypti super se haberet, constat cum ex titulo n. 6025 scripto imperante Pio, quo praefectus Aegypti et praefectus castrorum aedificium a militibus factum ita omnino dedicant ut alibi solent simul dedicare legati duo provinciae et legionis, tum ex ipso testimoniorum defectu; nam si inter hos gradus fuisset praefectus legionis a castrorum praefecto diversus et ei praepositus, eius instituti aliquod indicium superesset. Collegit inde Wilmannsius (l. c. p. 91) quo tempore in Aegypto plures legiones tendebant, singulis praefectos castrorum praefuisse parentes omnes praefecto Aegypti, neque aliter potuit, cum praesertim Strabo 17, 1, 12 Romanorum Aegypti administrationem enarrans et magistratus omnes enumerans de praefecto exercitus taceat, Tacitus quoque (hist. 1, 11) similiter eam adumbret, in bellis denique quotquot ad eam provinciam pertinuerunt soli praefecti provinciae commemorentur. Sed hoc ut recte referetur ad tempora Augusti, quippe quibus tres legiones Aegyptiacae ternis castris tenderent, una Alexandriae, altera Babylone, tertia alio loco (supra p. 9), ita haec ordinatio non potuit non mutari, postquam una legione ex Aegypto abducta duae reliquae coniunctae ad Alexandriam tendere coeperunt; nam secundum ea quae ipse Wilmannsius l. c. p. 91 exposuit castris licet geminis unus tantum praefectus est. Is autem cum ab altera utra legione nominari non possit, recte appellatur *praefectus exercitus qui est in Aegypto*. Redit ipsum vocabulum non in titulis, sed apud Philonem (adv. Flaccum 13). Is narrans res Alexandriae gestas imperante Gaio centurionem ait ex urbe missum, ut praefectum Aegypti vinctum Romam duceret, cum escendisset, militem quendam iussisse sibi indicare τὴν οἰκίαν στρατάρχου· τούτω (non τοῦτο) γὰρ ἐβούλετο τὸ ἀπόρρητον ἀνευγεῖν, ἵνα καὶ ἂν δὲ πολυχειρίας, ἔχη τὸν συναγωνιούμενον. Unde cum aliunde constet sub Nerone certe duas legiones in iisdem castris Alexandrinis tetendisse (Iosephus bell. 2, 18, 8. 4, 10, 5; supra p. 9), id hinc colligimus iam a. 38 similiter obtinuisse; nam στρατάρχου mentio recte explicari non potest nisi adsumptis castris geminatis. Similiter quod Liternius Fronto, qui in bello Iudaeico Titi a. 70 vexillationibus miliaribus duarum legionum Aegyptiacarum praefuit, στρατοπεδάρχης appellatur τῶν ἀπ' (ἐπ' Alexandre apud Renierum proposuit) Ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων, recte Renierus (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 48 seq.) eo rettulit, quod castris praefuit utriusque legionis, addens etiam T. Suedium Clementem, qui anno II T(iti) imp. n(ostr)i, id est 79, Memnonem exaudivit praef(ectus) castrorum (C. III, 33), utriusque legione praefuisse videri. Nam praefectus eiusmodi ut recte exercitui dicitur praeesse, potuit omnino etiam praefecti castrorum vocabulo uti vocabulis legionum aut additis pariter aut omissis. Desiit qui Alexandriae fuit praefectus castrorum super reliquos eminere, postquam exercitus Aegyptiacus ad unam legionem redactus est; id

quod plerumque creditur evenisse imperante Traiano, sed fortasse iam sub Domitiano evenit, quoniam is motus rebellione Antonii Saturnini *geminari legionum castra prohibuit* (Suetonius Dom. 7). Id cum ad castra Alexandrina legionum duarum III Cyrenaicae et XXII Deiotariana vel maxime pertineret, fortasse haec, cuius memoria nulla suppetit posterior a. 84 (C. III, 36), eo tempore exauctorata est.

Praefectus exercitus Aegyptiaci, si de eo recte iudicavimus, in re militari Romanorum iure ordinario suum locum tenuit. Sed inveniuntur praeterea quamvis raro praefecti exercitus alius generis, nimirum viri ordinis equestris belli causa universo exercitui ita praepositi, ut legati legionum eis pariter atque praefectis praetorio parent. Talis fuit in exercitu Titi Iudaeico Ti. Iulius Alexander *πρότερον μὲν*, ut ait Iosephus (bell. 5, 1, 6), *αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἀρχῶν* vel, ut alio loco (6, 4, 3) scribit, *πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχων*. Eum Renierius (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 31) statuit praefectum praetorio fuisse, et verum est similem locum Alexandrum apud Titum obtinuisse, quem tenebat praefectus praetorio imperatoris exercitum ducentis; sed non minus verum est praefectum praetorio imperatoris filio nullo modo attribui posse. Quaestionem decedit ni fallor titulus Aradiensis (C. I. Gr. III p. 1178 n. 4536 f) adhuc non satis intellectus: [Ἀραδίῳ] ἢ βουλ[ῆ καὶ ὁ δῆμος | Γάιον Πλ]ίνιον Σέ-
κουν[δον | ἐπαρ]χον σπειρήσ [Θ]ράκων | πρ[ώ]της, ἐπαρχον ΝΘ ἄντε-
πίτρο[πον Τι]βερίου Ἰουλίῳ Ἀλ[ε]ξ[άνδρου | ἐπ]άρχου τοῦ Ἰουδαί[κοῦ] στρα-
τοῦ, | ἐπίτ[ροπον] Συρ[ίας] ΩΙ λεγεῶνος ε' Eum adhuc nemo vidit pertinere ad Plinium Secundum eum ipsum, cuius de naturae historia libri supersunt; sed de ea re alibi agetur. Hoc apparet redire in eo Alexandri ipsum illud cuius Iosephus meminit officium et legitime Alexandrum appellatum esse *praefectum exercitus Iudaeici*. Praeterea ter tantum ni fallor eadem praefectura memoratur, apud Tacitum et Dionem et in titulo Tomitano; nam *στρατοπεδάρχης* Luciani conscr. hist. 22 diverse accipi potest. Et Tacitus quidem ubi ait (ann. 15, 28) illum ipsum Ti. Alexandrum inlustrem equitem Romanum Corbuloni a Nerone *ministerium bello datum* esse, sine dubio significat a. 63 praefectum eum fuisse exercitus Cappadocici et adiutorem Corbulonis legati tum provinciae eius. Item huc pertinebit Theocritus qui Dioni 77, 21 dicitur factus esse *στρατιάρχης καὶ ἐπαρχος*. Titulus autem ex Tomi ruderibus nuperrime prolatus (Hirschfeld *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 22) P. Aelium Ammonium equestris ordinis virum aetatis Gordianae scribit post tribunatum cohortis fuisse *ἡγυαίμενον στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμενιακῆ ἐπαρχείας Καππαδοκίῳ*, deinde praefectum alae, *μοχ ἡγυαίμενον στρατιωτικοῦ τῆς ἐπαρχείας ταύτης*, scilicet eius in qua titulus propositus est, Moesiae inferioris. Non recte opinor editores has praefecturas exercitus Cappadocici et Moesiae inferioris composuerunt cum praefecturis vexillationum, cum praesertim prior earum diserte referatur ad bellum in Armenia gestum imperante Gordiano. Mihi e contrario videtur Ammonius legatis provinciarum duarum belligerantibus adiutorem ab imperatore additum esse pariter atque Corbuloni Alexander minister datus est.


1345 Yalovadj in coemeterio.



Ramsay descripsit.

1 fin. ΠΡΥC — 5 fin. "IVSDIA" — 7 fin. ST" traduntur. — Titulus, qui videtur unus fuisse ex pluribus coniunctis, ostendit Galatiam a Cappadocia rursus divisam esse extremis annis Traiani et cum Galatia administratam non solum Phrygiam Pisidiam Paphlagoniam, sed item Lycaoniam. — Is cuius titulus est quod functus est, sub Domitiano ut videtur, cura actorum senatus quaestorius, confirmat quae de officii eius forma antiquiore alibi exposui (*Staatsrecht* 2 p. 864).


1346 Yalovadj in moschea loco alto.



Ramsay descripsit celerapio usus.

6 officialis *a musio* non tessellarium opus videtur curasse, sed is esse qui item appellatur *a studiis Augusti*, quoniam huic soli salarium sestertiorum ducenorum aptum est. — 7. 8 PEPPET|DGI traditur; em. et explevit Ramsay. — 8. 9 fortasse fuit Aesc[u][l]a[pi].

1347 Yalovadj in coemeterio.



Ramsay descripsit.

1348 Yalovadj in pariete moscheae.

C F SER
 MODESTO AEDIL
 VM SINE
 SACERDOT
 5 ab uniVERSO
 ordine et POPVLO
 INTEGRA
 ET OB
 10 VBLICA
 ET
 TAS

Ramsay descripsit.

1349 Yalovadj ibi ubi est n. 293.

SEX I L · F
 NO
 VS · AMICO
 honoris CAUSA

Ramsay descripsit.

1350 Yalovadj.

L · C O E L I V S
 L · F · A N I · M I L ·
 LEG · V̄II · E X
 TEST · F A V S T · L ·

Ramsay descripsit.

1351 in columna Yalovadj in coemeterio.

D POLLEN^{us}
 D F SER PROCL^{us}
 ΔΕΚΜΟΣ ΠΟΛΛΕΝΙΟΣ
 ΔΕΚΜΟΥ ΥΙΟΣ ΣΕΡΓΙΑ
 5 ΠΡΟΚΛΟΣ

Ramsay descripsit.

1 POLLENIA, 3 ΠΟΛΛΕΝΤΟΣ, 4. 5 R pro P traduntur.

1352 in columna Gondane prope Antiochiam Pisidiae.

VENIA PONTIA
 L PONTIVS A

Misit Ramsay.

1353 Yalovadj.

VV RVBRIA porta TERTI^o
 FRA RI IELc

Ramsay descripsit.

APOLLONIA Pisidiae (supra p. 34).

1354 *Yassi Euren four miles east of Olou Borlou, in wall of mosque.*

HERCVLI
RESTITVTORI
C · IVLIVS · HILARIO

C. Wilson descriptam dedit Ramsayo.

SAGALASSVS (*Aghlasun*) Pisidiae (supra p. 34 n. 69).

1355 ad Eph. V n. 69. Cum hoc termino reperto medio loco inter Sagalassum Pisidiae et Apameam Phrygiae inscripto FINIS CAESARIS N. componendus est ineditus in vico Duwar a lacu Ascanio (hodie Buldur) ad occidentem nuper repertus a Ramsayo, secundum quem legatus Galatiae Q. Petronius et procurator L. Pupius Praesens (cf. C. I. Gr. n. 3991) eo ipso loco terminaverunt inter Sagalassenses et Neronem Caesarem.

CREMNA Pisidiae (p. 55. 975).

1356 Budjak ad fontem hora una a Cremna ad orientem.

ua ORI CARISS si
BIQ ue

Ramsay descripsit.

COMAMA (inter *Ürgüdlis* et *Karibdje*) Pisidiae.

Comamae rudera nuper investigavit Ramsay inter meridiem et occidentem a Cremna in colle qui medius emergit ex valle interposita inter vicos Ürgüdlü et Karibdje (indicantur uterque in mappa Kiepertiana actorum minorum acad. Berol. a. 1879 ad p. 298). Ad eam egregius Phrygiae vetustae explorator revocavit locum Ptolemaei 5, 5, 8, ubi in Pisidia post Cremnam coloniam recensetur *Κόμμακον* (v. l. *Κόμματα*); idem oppidum videtur esse *Κόμματα* quam Hierocles c. 43 collocat in Pamphylia. Ut alia multa Pisidiae oppida ita Comamam quoque ab Augusto colonos accepisse tituli infra scripti patefecerunt.

1357 Comamae.

HADRIANVM *a n*
 TONINVM *ϕ* AVG *ϕ*
piVM ϕ P ϕ P ϕ
 L · PACCIVS · M · FIL · FAB ·
 5 MONTANVS COMAME
 NVS
 PRO MERITIS QVAE PATRIAE
 EIVS · PRAESTITIT · IN *ϕ*
 SCRIPTIO · FACTA EST
 10 *p*ERMISSV · Q · VOCONI
 SAXAE · FIDI · LEG · AVG *ϕ*
 PR *ϕ* PR

Ramsay descripsit.

3 in. NVM traditur. — 7 PATRIA 'sic' Ramsay. — 7 similiter C. VIII, 5357 statua collocatur *firmante curatore rei publicae, accedente auctoritate proconsulum*; cf. VIII, 1296. — 10 Voconii Saxae liberae rei publicae ut noti sunt, ita sub Caesaribus stirpem duravisse aliunde ni fallor non constat.

1358 Comamae.

COL · IVL · AVGVSTAI *sic*
 F I D A C O M A M A
 PACCIAN SATVRNINAM *sic*
 PVDICISSIMAM FEMINAM
 5 DEFVNCTAM HONORAV*t*
 STATVAE OMNIA INPEN
 DIA EXHIBENTE LVCIAE
 PACCIAE VALERIAE S*p*
 TVRNINAE FILIAE SV
 10 AE SECVNDVM VER
 BA TESTAMENTI *ϕ*

Ramsay descripsit.

Ut litterae passim graecissant, *a* est *A*, *d* aliquoties *Δ*, ita sermo non solum incomptus est, sed etiam pro *a* finali passim datur *ae* vel *ai*, item *3 an* pro *am*. — 5 HONORAV*t* traditur.

OLBASA (Eph. IV p. 32).

1359 ad Eph. IV n. 46. Descripsit denuo Ramsay a. 1884. Sic emenda:

AVREL NICO DVO *uir. col. sta*
 TVAM DEI MARONIS *dul*
 CISSIMAE Patriae *de suo*
 5 ΑΥΡΗΛΙΟC ΝΙΚΩΝ ΔΥΑΝ*δ**ρ*
 ΚΟC ΤΗC ΚΟΛ · ΤΟΝ ΑΝΔΡΙ
 ΑΝΤΑ ΤΟΥ ΜΑΡΩΝΟC ΤΗ ΓΛΥ
 ΚΥΤΑΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΕΚ ΤΩΝ
 ΙΔΙΩΝ

1360 ad Eph. IV n. 47. Descripserunt denuo W. M. Ramsay et A. H. Smith, legentes 3 Po // IF.

1361 ad Eph. IV n. 48. Descripserunt denuo iidem sic plenius et rectius:

P · P
C O L O N E A I V L I A sic
O L B A S E N A
C V R A N T I B V S L L I C I
N I O B A S I L A E T M C L O
D I O R V F O

I significatur *p(ecunia) p(ublica)* vel potius *p(ublice) p(osuit)*.

1362 ad Eph. IV n. 49. Miserunt Ramsay et Smith titulum ab ipsis propter temporis defectum descriptum imperfecte et a Turco quodam incuriose charta expressam. Leguntur haec fere, quorum quae cursivis expressi, in ectypo non agnovi.

T I T O / P / / / / / / / /
A N I · C O L O N I A O L B A S / / /
E X · R E D I T V · E I V s / / / / / /
H Y P S A E O R V M / / / / / / / /
5 - C O R N E L I O S Y N / / /
T I T O Q V I N T I O B A L B O / /

1363 fragment of entablature, Olbasae.

u|e T E R A N V S · E|t ualeria i
sua n|E C V N I A P A T R I A E v|ulcissimae
c|YETPANOC K- OYAAEPIA I }

Ramsay et Smith descripserunt.

I litterae supersunt dimidiatae; in principio traditur c pro e.

Hassan Pascha (p. 56).

1364 ad n. 305. In loco q. d. Hassan Pascha, inter rudera vici antiqui, V m. p. a parietinis Themisonii Phrygiae, hodie Tefenü, titulum denuo repperit a. 1884 Ramsay et explevit sic:

P A N T H E O ·
A E D E M E T
A R A M · V O
T V M
5 C I V L I V S C F
F A B R V F V S

VIAE CAPPADOCIAE ET GALATIAE (supra p. 35).

1365 ad Eph. V n. 77. v. 11 ΕΙΛΟY exemplum scriptum Ramsayi.

1366 ad Eph. V n. 79. Misit Ramsay. Errore typographi Waddingtoniani excidit v. ultimus milia numerans:

PNB

1367 miliarium magnum Comamae (vide p. 581).

I M P C A E S A R		
	D I V I f. A V G V S t u s p o n t	
	M A X I M C O S X I D e S	ab altera parte
	XII I M P X V T R P O T	u. c. 748 titulus brevior
5	X I I X V I A M S E C A	evanidus totus
	C V R A N T E · C O R N	
	a Q V I L A L E g S V O	
	P R O P R f E C I T	
	C X X I I	

Ramsay descripsit tempore pressus litteras multis locis evanescentes.

4 debuit esse IMP · XIII; vide quae composui mon. Ancyr. p. 25. — TROT 'sic' Ramsay. — 5 SECA non intellego. — 7 LEC traditur. — Milia Ramsay indicat numerari a capite provinciae Apollonia Pisidiae. Legati Galatiae huius nomen alibi non repperi. Crediderim autem hoc titulo epocham coloniarum ab Augusto in Pisidia deductarum accuratius determinari.

1368 columna miliaria Gondane horis tribus et dimidia ab Antiochia Pisidiae Apolloniam versus.

reliqua
inscriptio evanuit
X I

Misit Ramsay.

1369 columna alta m. 2, lata infra c. 75, supra c. 50, rep. inter Malatiam et Kirkyeuz Küprü; indigenae eam narrant eo loco collocatam esse a sultano Murad ad indicandum locum pariter distantem hinc a Constanti-nopoli, illinc ab urbe Bagdad.

F B I S ' B O B
T E S I E O c I ' I S
F . . ε H Y S

Guil. Fischbach *ingénieur en chef du Vilayet de Harpout* descripsit a. 1883, quod exemplum missum a Mordtmanno hoc loco proponitur ut cui datum erit lapide examinato emendet.

ASIA.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 46).

1370 Sidi Ghazi.

KAPVT EX TESTAMENTO P AELI ONESIMI AVG LI / / / / / / / /
 CIVITATI NACOLENSIVM PATRIAE MEAE AMANTISSIMAE QVAMVIS P//
 RIMVM DEBEAM PRO MEDIOCRITAE TAMEN PECVLIOLI MEI DARI VOLO
 HS CC · N · EA CONDICIONE VTI ARBITRATV CORNELI / / / / / INI ET CORNELI //
 5 SYCI FAENERETVR EA PECVNIA ET EX VSVRIS Q / / / / / / / / ECTVM FVERIT P //
 XIMO TRIENNIO IN SITONICO TRIBVANT VT Q / / D / VOD ANNIS POSSIT E /
 FRVMENTVM COMPARARI ET PERACTO TRIENNIO VOLO EIVS OMNIS PE
 CVNIAE VSVRAS QVODQVOD ANNIS CIVIBVS MEIS DIVIDI POLITOGRAF/
 FACTA DIE FELICISSIMO NATALI DOMINI · N · TRAIANI HADRIANI SPORT/
 10 LI / AVTEM PARTEM DIMIDIAM EIVS VSVRAE TRIBVI VOLO SIC VT / AR /
 DIMIDIA DIE FESTO EORV / / / / / IDIA APPELLANTVR ΓΡ / / R

Descripsi ad ectypum quod fecit Sterrett Americanus et dedit per Ram-
 sayum; idem dedit descriptum.

11 EORV / / / / / Γ / / / / / IDIA apographum.

- 1 *Kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug. li[b.]*
 2. 3 | *Civitati Nacolensium patriae meae amantissimae quamvis p[lu]rimum*
 4 *debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo | (sestertium) CC*
 5 *(milia) n(ummu) ea condicione, uti arbitrato Corneli . . . ini et Corneli*
 6 *[He]syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[uod conf]ectum fuerit,*
 7 *p[ro]ximo triennio in sitonico tribuant, ut q[uo]d[uo]d annis possit e[o] |*
 8. 9 *frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pe[cun]iae usu-*
 10 *ras quodquod annis civibus meis dividi, politograp[hia] | facta, die feli-*
 11 *cissimo natali domini n(ostr) Traiani Hadriani. Sport[u]li[s] autem*
partem dimidiam eius usurae tribui volo sic, ut [p]ar[s] | dimidia die
festo eoru[m], quae] . . . idia appellantur, er[ogetu]r

2 notabile est Augusti libertum patriam habere civitatem Nacoleiam. Communi iure liberti etiam senatorum cives facti sunt civitatis eius, unde qui eos manumiserat originem trahebat (Dig. 50, 1, 23 pr.; cf. Savigny *System* 8 p. 48); sed ad imperatores id ius pertinuisse parum verisimile est. — 6 pecunia frumentaria Graecis est *σιτωνικόν* (C. I. Gr. 2140: [τοῦ σιτ]ωνικοῦ κατ[αναλισκο]μένου; n. 3831a, 8: δόντ[α ἀργύριον] . . . εἰς τὰ σειτωνικά; cf. n. 3422: ποιησάμενον ἐπιδόσεις χρημάτων τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι εἰς χρήματα σειτωνικά). Gregorius magnus ep. 12, 34 scribit Cirdano *curam sitonici fuisse mandatam* (cf. 1, 2). — *quotquot annis* pro *quotannis* item legitur apud Varro-
 nem de l. Lat. 5, 39. 9, 24, *quotquot mensibus* ib. 5, 47. — 8 *πολιτογραφία* hic non est adscriptio inter cives, qua significatione alibi legitur, sed civium recensensus, pariter atque *λαογραφία* invenitur in papyro Arsinoitica edita a

Wilckeno in actis minoribus acad. Berol. a. 1883 p. 903. Distributio si qua civitati et omnino universitati alicui facienda erat, res ipsa requirebat ut ante diem distributioni destinatum eorum, qui admittendi essent, laterculus aut conficeretur aut certe recognosceretur, et si qua causa erat disceptandi, de iure statueretur. Ita a. a. Chr. 445 cum rex Psammetichus civibus Atheniensibus certam summam misisset civibus distribuendam, ea occasione in multos contra ius pro civibus sese gerentes iudicia facta sunt (Philochorus fr. 90 Muell.; Plutarchus Pericl. 37; Frankel *die attischen Geschwornengerichte* p. 3). Romae quoque antequam frumentationes singulae peragerentur plebis frumentariae recensum factum esse ostendit Suetonius Aug. 20: *populi recensum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensum tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet*. Recte igitur Onesimus magistratus antequam divisiones a se institutas facerent iubere potuit cives Nacolenses ita recensere, ut cui in eas pecunias ius esset ex laterculo constaret.

1371 Sidi Ghazi in outer wall of the tekhe.

c ALIDIA HELE

n A CALIDIAE

p EMELIAE FI

l : A E M E M O R I A

5 S

Descripsi ad ectypum, quod dedit Ramsay; idem descripsit de lapide. Literae ex parte évanuerunt.

AMORIVM Phrygiae (p. 68).

1372 Jirekli non longe ab Amorio.

UTUS · H
TEM · M
O · PEIU

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 47).

1373 ad Eph. V n. 102. Descriptum postea misit Ramsay; certe titulus a idem est, b autem datur sic:

R M PAL II COS

n. 109

1374 ad Eph. V n. 112. Ramsay postea misit exemplum exceptum, ut ait, non ex hoc marmore, sed ex simillimo sic:

IRAI TI COS SEC

XLVII P

referens ad a. 100 *Traiano III cos.*

1375 ad Eph. V n. 114. Ramsay recognoscens deprehendit id ipsum quod coniectura restitui, nisi quod κ O legit pro ANTO.

1376 ad Eph. V n. 116. Recognoscens titulum collocatum alto loco in maceria moscheae Ramsay explevit sic:

LARG E MESSAL COS a. 147
 LOCO XXXVII REPR
 OFF ASIAT

I MESSAL traditur. — Simile exemplar, sed imperfectum legitur n. 117. Eadem officina redit n. 118.

1377 ad Eph. V n. 121. Descriptam misit Ramsay sic:

VLVII RIII
 BERT
 IAPRO

1378 Itschki Karahissar.

R VERG COS a. 69

Ramsay misit.

1379 Itschki Karahissar.

	in uno latere:	in altero latere:	
	Λ XXXXO	NER VERG COs	a. 97
26 v	SOC IAX O		
	BCXII		
	∞:		
001 v	SOC III N IRR		
	MR AN		

Ramsay misit.

Anni inscripti sunt in altero latere duo 92 (ubi in G traditur pro C) et 100, praeterea fortasse MAR ANT; in altero, ubi traditur VFR c/FRGCO, unus 97.

1380 Itschki Karahissar.

CCCLXX
 B III XIIIXXS
 B SEC
 PAL II COS XVI a. 109

Ramsay descripsit.

1381 Itschki Karahissar.

CLARO II E SEVER COS a. 146
 LOCO CCXXX
 B TERT
 OFF PELA

Ramsay descripsit. Cf. n. 114 et n. 115.

1382 in altero latere titulus legitur actatis Christianae ΕΙΣ ΑΙΩΝΑ ΤΟ ΜΗΝΟ-
CYNON cet. Est Itschki Karahissar in muro.

B E R T

reliqua latent

Ramsay descripsit.

1383 in marmore quod videtur Synnadense; est Ak Schehr (= Philo-
melium).

RMPAR CLX
C R

Ramsay descripsit.

ACMONIA Phrygiae (p. 71. 977).

1384 in epistylīi parte; Schabban prope Ahat Kōi.

SVO PECVNIA SUA
ΤΟΥ ΤΡΙΞ ΤΟ ΟΥ ΕΞ ΑΓΟΡΑΣ

Ramsay descripsit.

EV MENIA Phrygiae (p. 71).

1385 Ischikly.

CONSTANTINO
PIO FELICI INBicto
SEMPER AVGusto

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 238.

ALEXANDRIA TROAS Mysiae (vide supra p. 55).

1386 basis statuae ex marmore albo. Tavakli (hora una et dimidia ab
Alexandria Troade inter meridiem et orientem) hodie pro mortario.

STATVIS ITEM A CIVITATE ILIENSI(um clupeis?)
ET · STATVIS · INAVRAT · HONORatum
CONSACRAVIT

manu diversa:

st C · XX · SIC XXX

Ectypum dedit Koldewey architectus a. 1884.

PERGAMVS Mysiae (p. 76. 978. Eph. IV p. 35).

1387 ad n. 398 = Eph. IV n. 54. Titulum, cuius partem superiorem antiqui descripserunt (inde C. III, 398), partem inferiorem nostrae aetatis viri docti (inde Eph. IV n. 54), integrum primus excepit a. 1883 Fabricius adiutor effossionum nostrarum Pergamenarum. Ara est rotunda, Bergamae in balneis Turcicis (Chatib-Pautra-Liman) posita hodie inverse et ut pars in solo lateat, refoeso eo Fabricii iussu tota patefacta, nisi quod deest v. 1 pars extrema.

M AIMILIO · M · F · PAL · PROCVLO · PRAEF · FABR · M LEPIDI · AVG / PROCOs

palma;	patera	q u e r c u s;	patera
circa	S A C R V M	circa	corona
eam	corona	eam	
ser-	CIVITAS · PERGAMEN	ser-	
pens	H CAVSA	pens	

1388 basis alta m. 1,38, litteris altis a mill. 35 ad mill. 27, prope viam qua Bergama itur ad Dikeli a meridie vici Tabaklutscha in coemeterio Turcico.

	Δ N · FL · C	{ / / / / O
	Γ O M I N O	{ I V S O R B I S
	F I L O S O F I	{ M A G I S T R O
	V E N E R I	{ O P R I N C I P I
5	P I I S S I M O	{ E R A T O R I
	V I C T O R I O S	{ M O A V G V S T O
	P R O P A G A T O	{ I L I B E R T A T I S
	E T R E I P V B I	{ A E
10	A E C I L V L C	{ I V S
	V C P R O C O N	{ V I C · S · A V D
	Δ V M O S V	{

Descripserunt Conze et Bohn a. 1883, recognovit hic a me rogatus a. 1884.

D(omino) n(ostro) Fl(avio) C(l(audio) Iulian)o domino [tot]ius orbis, filosofi[ae] magistro, venera[nd]o principi, piissimo [imp]eratori, victorios[issi]mo Augusto, propagato[r]i libertatis et rei publ[ic]ae Aecitulo . . . ius (?) v. c. procon[s.] vic(e) s(acra) aud(iens) d(evotus) n(umini) m(aiestati)[q(ue)] su[ae?]. Iulianum appellari philosophiae magistrum novum est, sed minime mirum. Proconsul Asiae alibi quoque appellatur *vice sacra iudicans* (vide quae exposui *mem. dell' Istituto* 2 p. 310). Pro ea locutione vel altera *vice sacra audiens* alibi opinor non legitur; de lectione VIC · S · AVD cave dubites. Nomen proconsulis recuperare non potuimus; fortasse fuit *Ae(lius) Cl(audius) Eulogius*.

1389 punctis triangulis. Bergamae in macerie coemeterii ab ecclesia S. Iohannis orientem versus.

$\left. \begin{array}{c} C \quad F \quad \cdot \quad T \\ \text{et } \textit{latex} \text{SAMEN} \textit{us} \text{? } \textit{l} \\ \left(T / \text{MORS} \cdot F \right) \textit{it} \end{array} \right\}$

Fabricius descripsit.

3 potest fuisse *quibus maesTa MORS FVit* similisve lamentatio.

1390 tabula marmorea fracta. Bergamae in acropoli.

$\left. \begin{array}{c} \text{VXORI} \\ \text{---} \\ \text{---} \\ \text{---} \end{array} \right\}$

Descripsit Conze a. 1883.

GORDVS Lydiae.

1391 Goerdis ad fontem.

lupa?

DIS ♂ M

CRESCENTI · AVGG · VER
NAE · DISP · VIXIT ANNIS
LIIII

5 ΕΠΙCΤΗΜΗ CYN TOIC TE
KNOIC KPHCKENTI CYN
BIΩ MNEIAC ♂ XAPIN

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ · ΠΟΥ
ΚΛΟΥΙΟΥ · ΕΥΦΗΜΟΥ ♂

10 ΕΥΜΟΥΦΟΣ

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 p. 384.

10 Εὐμοῦφος signum est ut videtur defuncti.

TRALLES Cariae (supra p. 61).

1392 ad Eph. V n. 163. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 334 non recte.

NYSA Cariae (supra p. 62).

- 1393** ad Eph. V n. 165. Eundem titulum descripsit d. 11 Sept. 1882 medicus Luschan Vindobonensis in mansione viae ferratae Sarai-kjoi, quo dicebatur allatus esse ex Hierapoli. Exempla consentiunt. — In fine potest legi *intra sito*, scilicet intra cancellos vel maceriam; sed magis placet quod antea proposui.

LESBOS insula (supra p. 63).

- 1394** ad n. 451. A. Papadopulos Kerameus misit descriptam, legens 2 ΑΛΕ pro FLAB — 3 AV — 4 om. in hiatu — 5. 6 ΓΑΙΥ CONÇANTION
Ε Ε Γ Λ Γ Ρ Ν Μ Α Ν

- 1395** ad n. 452. Misit idem, legens 2 ΕΕ ΜΑΧ — 3 in. Ν om. — 4 PATRI AVGC (AN om.).

VIAE ASIAE (vide supra p. 64).

- 1396** ad Eph. V n. 173. Ex parietinis q. d. Καβακλή - Δερὲ sub Bel Cai-veh, ubi posita fuit inversa, basis adlata est ad fontem faciendum eum in quo nunc extat. Edidisse se in eph. mihi non visa *Ἀνατολικῆ Ἐπιθεωρησι* a. 1 (1873) p. 297 scripsit mihi A. Papadopulos Kerameus. Legit sic: ΔΔΔΔ ΝΝΝΝ | FL CPATIANO | /ALENTINIAN | TH/ODOSIO | ET //NEAOI ΠΙ|S-SIMIS SEMPE. Scribendum erit 5. 6 ET ARCADIO ΠΙ|SSIMIS.

- 1397** ad Eph. V n. 174. Hunc quoque titulum bilinguem esse monuit Ramsay et explendum ita:

ΜΥ · ΑΩΥΙΛΛΙΥΣ · ΜΥ Φ
C O S
V
ΜΑΝΙΟΥΣ ΑΚΥΛΛΙΟΥΣ
5 ΜΑΝΙΟΥ
ΥΠΑΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ
E

- 1398** ad Eph. V n. 175. Edidit nuper Sterret *Mith. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 333 suppletum imperite.

1399 ad Eph. V n. 177. In via ab Acmonia per Appiam Cotiaeam et inde Dorylaeum in a cemetery beside the Hammam Su, $1\frac{1}{2}$ hours north of Islam Keui versus Tunlu (non Tutum) Bunar.

inscriptionis evanidae vestigia

M̄ IA
 IA
 TANTINUS
 P F INVICT/S AD^S /T VAL
 LICINNIANUS LICINNIUS P F INU a. 317/323
 ICTUS /U^S

spatium vacuum pedis unius

KI IOY KAI
 KINIION
 ΩNETANTEINON
 ΓΩΝ ΕΒΙΦΑΝΕΛΤΑ
 ΚΑΙCΑΡΩΝ ΤΩΝ

Ramsay titulum admodum detritum bis frustra temptatum tertio itinere m. Jul. a. 1883 legit. Numerus M̄ IA videtur superesse ex titulo qui periit. Sequitur [*domini nostri Flavius Valerius Cons*]tantinus p(ius) f(elix) invict[us] Aug. [e]t Val(erius) Licinnianus Licinnius p(ius) f(elix) invictus [A]ug(ustus) [καὶ] Κε[ί]σ[π]ον καὶ [Λι]κινίων [καὶ] Κωνσταντίνων τῶν ἐπιφανεστάτων Καισάρων. Mire perturbantur cum linguae duae tum casus.

1400 hora una ab Eskischehr sive Dorylaeo sept. versus in vico Mutallib on the opposite side of the Tembris valley.

? ex a u c t o r i t a t e
 ? f o r t i s s i m o r a v
 G V s t o r u m l . S E P T I M I S E V E R I
 P I I P e r t i N A C I S A V G V S T I E T
 5 M · A V R · A N T O N I N I A V G V S
 T I · E T · P · S E P T I M I g e t a e C A E
 S A R I S A D O R Y L A E O C O T I A

T. R. S. Sterrett descriptam dedit per Ramsayum, testatus in fine nihil deesse.

Cotiaeam est a Dorylaeo ad meridiem.

1401 in via Eucarpia Connos (cuius mansiones a Ramsayo sic ordinantur: Eucarpia = Mentesch — VII — Hierapolis = Kotsch Hissar — IV — Bronzos = Kara Sandyklu — XII — Kidyessos = Kutsch Eyuk in Sitschanlü Ova — IX Conni = fortasse Büyük Tschorquia inter sept. et occ. ab Afium Karahissar) hora dimidia ab ruderibus Hierapolis in cocmeterio medio inter vicos duos cognomines Kuyujak appellatos.

hendi praeter miliarium hoc eo quoque probari, quod in titulo ibi invento C. 3956 *b* = le Bas n. 1700 nominatur proconsul Tarius (non Tadius) Ticianus. E contrario vicum Deuer a Tacina proximum fuisse sub legato Galatiae intellegitur ex supra adnotatis n. 1355.

1403 Elles ad ripam septentrionalem lacus Buldur, quod oppidum Gustavus Hirschfeld (in actis minor. acad. Berol. 1879 p. 322) iudicat fuisse quae ν Δουζα est Hierocli p. 667 in Phrygia Pacatiana.

TON ΕΠΙΦΑ
 ΝΕCΤΑΤΟΝ
 ΚΑΙCΑΡΑ ΚΩCΤΑΝΤΙΝΟ
 Η ΒΟΥΛΗ
 5 ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟC ΚΑΙ
 ΚΩCΤΑ
 DD NN
 FL · CL · CONSTANTINO MA
 XIMO AVG
 10 ET
 FL · CL · CONSTANTINO · AVG
 ET
 FL · CL · CONSTANTIO AVG

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

6 versum non perscriptum esse ait Smith. — Uterque titulus tam Graecus quam Latinus ab imperito scriptore conceptus est. Priorem cum fortasse destinasset Constantino II patre vivo, perscripto lapide fratrem fratresve addere coepit. Posteriorem Constantini I defuncti liberis dedicare voluit, sed natu maximum bis enuntiavit, secundum Flavium Claudium dixit pro Flavio Iulio, tertium Flavium Iulium Constantem aut omisit aut latet is in primogenito bis nominato, quamquam qui *dd. nn.* scripsit, non de tribus, sed de duobus Augustis cogitavit. Omnino hoc solum inde apparet Constantino I defuncto per aliquod tempus Phryges ignorasse, quinam sibi imperarent.

1404 litteris admodum rudibus; *v* sic est *u*, *c* et *g* vix differunt. Elles.

ddd nnn
 I M P C A E S
 G A L V A L
 M A X I M E I N O a. 308/312
 5 P · F · I N V · A V G · E T
 I M P C A E S F L V A L
 C O N S T A N T I N O
 P · F · I N V · A V G · E T
 I M P · C A E S *ual*
 10 *licinIANO*
 Λ Ο Ν Ι
 Μ C I X

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

Inter 10 fin. et 11 videntur erasa esse verba LICINIO · P · F · INV · AVG. — 11 a *IAODICEA* interpretatur Ramsay. — Maximinus quamquam a. demum 308 Augustus factus est, cum Constantinus Augustus creatus esset a. 306, Licinius a. 307, nihilominus et in hoc titulo primum locum obtinet et in altero Norico C. III, 5565; scilicet a. demum 312 *senatus*, ut ait auctor de mort. persec. c. 44, *Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat*. Ad id senatus consultum formata sunt miliaria Italiae superioris C. V, 8021a. 8060. 8963; scilicet ibi Constantinus primus est, Maximinus secundus, tertius Licinius. — Caput viae si fuit Laodicea Phrygiae, ut iudicat Ramsay, Elles vicum sequitur finibus provinciae Asiae comprehensum fuisse et lacum Buldur eam provinciam a Pisidia separasse.

INSTRUMENTVM DOMESTICVM ASIAE (supra p. 66).

1405 sub vasculo cretaceo rep. Pagi ad Smyrnam.

O I / A P E

EVHODI

Misit Papadopulos Kerameus a. 1884.

A C H A I A.

DELVS insula (v. p. 66).

Egregius quem nuper Theodorus Homolle edidit commentarius de Delo Romana (*les Romains à Delos: Bull. de corr. Hellénique* vol. 8 a. 1884 p. 75—158) insulae condicionem, qua septimo potissimum urbis saeculo fuit, et universum rerum Romanarum in his partibus statum clara novaque luce illustravit. Nos autem artis finibus Latine scriptorum monumentorum colligendorum adstricti eo officio ita defungimur, ut qui ipsam rem recte et plene noscere cupiat, eum ad Homolliana ablegemus. Hoc unum dolendum est, quod ex tanta copia monumentorum, quantam Gallorum effossiones Deliacae prodiderunt, bona pars adhuc in schedis delitescit.

1406 ad Eph. IV n. 76. In inventario donorum factorum aedi Apollinis Delii scripto Archonte Demare anno circiter a. Chr. 180, u. c. 574, edito ab Homollio *bull. de corr. hell.* 6 p. 45 v. 147. 148 sic legitur: *στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα: 'Μίνατος Μινάτου Τίσιος Ρωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθε- κεν'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Δεύσιος Ὀπίσιος Ρωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Κίντος Πλίνιος Ἀπόλλωνι εὐχὴν'. Primum secundumque horum Homollius (*bull. de corr. hell.* 8 p. 88) apte composuit cum duobus magistris Mercurii et Maiæ nominatis in titulo n. 76 loco primo secundoque *L. Oppio L. f. et Minato Staio Ovi f.*; certe ille quominus idem sit nihil impedit.*

1407 basis marmorea fracta lata m. 0,34, alta m. 0,48, crassa m. 0,21, rep. Deli a. 1881.

PHILONIC VΣ
LARIBVS · D Σ

Hauvette-Basnault descriptam dedit Homollio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 128.

1408 parvum epistylum Doricum longum m. 1,27, altum m. 0,21, crassum m. 0,29. Rep. a. 1879 m. Iulio Deli in porticu Philippi extrema meridiem versus.


IVS·C·L·	ΜΑΝΙΟΣ ΜΑΡΚΙΟΣ ΜΑΝΙΟΥ Ν·Σ·Μ·Δ·ΣΙΟΣ
VS·N·F	ΜΑΡΚΟΣ ΑC // ΛΙΟΣ ΚΟΙΝΤΟΥ ΣΗΟΡΙΟΣ
Σ E R V N ε	ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ ΕΡΜΕΙ ΚΑΙ ΜΑΙΑΙ ΤΟΝ ΝΑΟΝ

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 97.

1, 3 fin. hiatus non adnotatur. — 2, 2 fortasse fuit ΛΟΚΙΛΙΟΣ; Homollius proposuit et ΛΟΛΛΙΟΣ et ΛΟΥΛΙΟΣ.

Similem titulum edidimus Eph. IV p. 42 n. 76. Videntur hic quoque sex magistri nominari M.' Marcus M.' (f. vel l.), N., . . . ius C. l., M. Lucilius (?) Q. (f. vel l.), Sp., . . . us N. f., quorum primus et quartus integri fere leguntur Graece, secundi quintique praenomina item Graece, tertii et sexti extrema vocabula Latine. — Praeterea notabilis est datus *Ἐρμεῖ* hic rediens. — *Νεμέριος* Graecis usitatum est (Dittenberger in *Herma* 6 p. 297).

1409 epistylum Ionicum formae eius, quae infra cernitur; rep. Deli in foro septentrionali ante porticum Hermaistarum ad occidentem e regione cubiculi ex quo prodiit statua C. Ofellii Feri (*bull. de corr. hell.* 5 p. 390).



Homollius, qui ipse non vidit, descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 118.

Supersunt nomina magistrorum quattuor . . . s C. l.; L. Caecilius Auli l. (= [Λεύκιος] Καϊκίλιος Αὐλοῦ); Zephuru[s A]gathocle-
[tis f.] (= Ζ[ῆ]φυρος Ἀγαθοκλείους); [T. Popillius P.] f. (vel l.) (= Τίτος Ποπίλλιος Ποπλίου).

1410 basis marmorea cum foramine in parte summa, lata m. 0,38, alta m. 0,26, crassa m. 0,32; iuxta reperta est statua Herculis finiens in Hermae figuram. Deli rep. ibi ubi prodiit n. 1411.

M · ORBIVS · M · F

M A G

ITALICEIS

Similes sunt tituli Deliaci Graeci tres, unus quem Hermaistae Apolloniastae Posidoniastae facti anno u. c. 657 (ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Κορηγίου Λευτόλου καὶ Ποπλίου Λικινίου Κράττου) dedicant Ἡρακλεῖ καὶ Ἰταλικῶς (*bull. de corr. hell.* 4 p. 190); alter quem iidem facti anno 680 (ἐπὶ ὑπάτων Λευκίου Λικινίου Λευκόλλου καὶ Μαάξμου Αὐρηγίου Κόττα) numero duodecim dedicant Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικῶς (*bull. de corr. hell.* 8 p. 146); tertius anni incerti quem Philostratus Ascalonita *τραπεζιτεῦων ἐν Δήλῳ* consecrat Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικῶς (l. c. p. 128). — *M. Orbivius M. f.* qui hunc posuit potest esse dux Deliorum contra Apellicontem is de quo egi ad n. 1423 Athenaeo dictus Orobius.

1411 litteris miniatis. In gradu alto m. 0,15, crasso m. 0,51, qui gradus olim subsellium marmoreum sustinuit, reperto loco antiquo, Deli ad forum septentrionale *dans une petite annexe de forme triangulaire, située à l'angle N.O., dans le voisinage du lac sacré* m. Aug. a. 1880.

C · MARCIVS · C · L · TRVPHO · A · PACONIVS
L · L · ALEXANDER · L · MVNDICIVS · L · L ·
DIONVSIVS · A · RAECIVS · N · L · ALEXANDER
L · NOVIVS · L · L · DARDAN

uno versu

sub titulo rudi
stilo delineatus
est lynter
et ornamenta

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8. p. 145.

1412 litteris altis cent. 18 in lapidibus olim iuxta positis XVII qui iuncti longi sunt m. 9,44. Deli rep. in foro inter sept. et occ.

|CE|L·C|VIG|IV|S·M·F|M·M|AGVLN|IV|S·M·F|N·M|AECIV|S·L|L·A|NO| |Q·F·MA|

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184.

1413 Deli rep. in foro inter sept. et occ.

MAG · FAⁱ cⁱ cur
N · RAECIVS · M · F
ELLIVS · T · F
5 IVS · M · F
· A · L · ANTIM
TRATI
/CON
O
10 OL

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; idem ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 186 (cf. p. 144).

1414 tabulae marmoreae duae, prior longa m. 1,93, alta m. 0,17, crassa m. 0,30, posterior longa m. 0,87; rep. Deli ibi ubi prodit n. 1411.

fac { V N D A · C O E R A V E R E · M · A E M I L I O · L E P I D O · Q · L V T A T I O } · C A T V L O · C O S a. u. c. 676

Priorem tabulam Homollius repperit, posteriorem Reinach; prodierunt *bull. de corr. hell.* 8 p. 144. 184.

1415 tabula marmorea longa m. 0,67, alta m. 0,19, crassa m. 0,40, rep. Deli cum n. 1411.

FLAMINIUS · L · F ·

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 145.

1416 tabula marmorea longa m. 1,20, alta m. 0,17, crassa m. 0,37, rep. Deli cum n. 1411.

HASCE · SEDES · /

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 144.

1417 alta m. 0,15, longa m. 0,15. Deli.

L · LICINIUS
M · AVRELIIUS

Reinach misit descriptam.

1418 duo fragmenta (prius *architrave avec oves et perles*, alterum *chapiteau quadrangulaire*) scripta litteris iisdem, rep. Deli in foro.

POPILLIVS / (NIVS ·)

Reinach misit descripta ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184. 185.

1419 fragmenta epistylia complura litteris cent. 13, rep. Deli in foro in medio latere orientali.

{ Q · L } { -YVS · C } { L · ADV } { IVS } { POR | TI | CVM / A / } { F } { O } { C · L }
{ S · DE } { NT } { ALICEI }

Reinach *bull. de corr. hell.* 8. p. 185.

1420 alta m. 0,35. Deli rep. in foro ad occidentem.

magist} REI · PORTICVM · }

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 185.

1421 fragmenta plura litt. altis c. 17 rep. Deli in porticibus Hermaistarum.

{OR} {CVF} {S} {T} {S·} {M} {G} {N} {I} {DE} {O} {K}

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 117.

1422 Deli ad agorae latus septentrionale exedrae applicitae erant formae quadratae, status proponendis destinatae et pulcherrime ornatae. In una earum reperta est statua operis egregii repraesentans virum nudum in genua procumbentem; caput deficit, iuxta virum cernitur galea formae quae dicitur Boeoticae. Brachia quae desunt tenuerunt sinistrum sine dubio clupeum, dextrum fortasse gladium. Pictam statuam dedit Reinachius l. infra citato p. 173. Prope eam statuam reperta est ei aptata basis longa m. 1,25, lata m. 0,80, alta m. 0,23, litteris Latinis altis mill. 25; facta fuit ex lapidibus tribus coniunctis, quorum primus deficit, medius angulum ad sin. habet paullum effractum, tertius integer est et adest margo, cum post FVERE spatium vacet elementi unius et dimidii.

.....	FVM · ALEXANDRAE · ITALICEI · QVEI · FVERE
virtu	IS · BENEFICIQVE · ERGO
	ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ
	ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Reinach misit et descriptam et charta expressam; edidit *bull. de corr. hell.* 8 a. 1884 p. 178 (cf. ibidem p. 109).

Tabula marmorea lata m. 1,02, alta m. 0,26, crassa m. 0,365, rep. Deli ad agorae latus septentrionale *dans une petite salle rectangulaire qui devait être décorée d'un banc de marbre et de statues HOMOLLE.* Prodiit igitur eo ipso loco unde supra posita basis emersit.

{ ΤΗΝ ΟΙ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΙ }
{ ΟΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ }

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 108.

Titulus artificis cum ita exaratus sit, ut secundus versus utrimque una littera brevior sit quam prior, si Latina simili aequabilitate disposita fuerunt, in principio versus prioris desiderantur litterae c. 22, nimirum sex quae respondebant deperditis *VIRTVT*, sedecim autem scriptae super spatium in secundo versu post *ERGO* vacuum relictum. Sed potest item versus secundus pariter atque primus a margine incepisse; parum igitur constat de numero litterarum deperditarum. Prima littera a Reinachio in re praesenti sic ex-cepta *Γ V M*, cum in ectypo cernatur *Γ V M*, potest fuisse *ι* vel *τ*.

Inscriptionem plane singularem sic opinor redintegrandam esse nomine scilicet exempli causa posito: [*C. Marium C. f. lega*]tum *Alexandreae Italicei* *quei fuere* [*cum eo ibi virtut*]is *beneficique ergo*. [*Γάϊον Μάριον Γάϊου πρεσβευ*]τήν *οί ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* [*τὸν αὐτῷ γενόμενοι Ἰταλικ*]οὶ *ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας* [*ἔνεκεν*]. Accusativus pro dativo Latinis solito non offendit in titulo bilingui dedicato in Graecia; similiter in Argivo C. III, 532 dedicato a. u. c. 687 legimus: *Q. Maarcium Q. [f. Regem] Italicei quei negotian*[*tur Argeis*], item *Κείντον Μαάρκιου [v Κοίν]του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ[ικῶ]* cet. — Ad *legatum* et *πρεσβευτήν* cum vestigia ducunt tum titulus alter *Deliacus* (C. I. Gr. 2285b) cum hoc eo certe nomine coniunctus, quod statuarius idem subscriptus est: *Γάϊον Βιλλιανὸν Γάϊου υἱὸν πρεσβευτήν Ῥωμαῖοι οἱ ἐν Δήλῳ ἐργαζόμενοι εὐεργεσίας ἔνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέσκησαν. Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος ἐποίησεν, Ἀρίστανδρος Σκόπα Πάριος ἐπεσκεύασεν*¹⁾. — Quae sequuntur verba linguae Latinae leges non sinunt ita accipi, quasi scriptum foret *Italicei quei fuere Alexandriae*; nam ab eiusmodi transpositione sermo legitimus abhorret, nec perfectum ita recte positum est, cum hosce titulos dedicare soleant qui alicubi *consistunt* vel *negotiantur*. Ab altera autem parte *Alexandreae* si coniungitur cum iis quae praecedunt, ut omnino iungendum est, verba *Italicei quei fuere* absolute posita quomodo explicari possint non perspicio; nam de quo cogitavi Italicos negotiatores maiore ex parte Latini iuris homines civitate impetrata post bellum sociale antiquum nomen cum novo civium Romanorum permutavisse, id eo refellitur, quod reliqui quidem tituli recentiores utuntur civium Romanorum vocabulo, sed titulus *Deliacus* anni 680 (vide ad n. 1410) et duo tituli Argivi anni 685 (*Q. Caecilio C. f. Metelo imperatori Italici quei Argeis negotiantur* C. III, 531) et 687 (vide supra) antiquam consuetudinem retinent, retinetque item auctor *Caesarianus bell. Afr. 36*. Praeterea haeremus in Graecis, quae hisce Latinis respondere paene certum est; nam quod superest *οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἱ* ostendit titulum positum esse ab Italicis morantibus moratisve *Alexandreae*. His difficultatibus ita obviam ire volui, ut urbis vocabulum et ad *legatum* referretur et ad Italicos supplemento admissio incerto sane, sed quod ipsum non offendat et ad utriusque tituli reliquias facile aptetur. — Aetas tituli determinatur eo quem supra rettuli et huic quodammodo gemellum esse demonstravi C. Billieni. Hunc enim intellexit Boeckhius esse C. Billienum eum qui teste Cicerone (*Brut. 47*,

¹⁾ Eadem subscriptio (*Ἀγασίας — ἐπεσκεύασεν*) est in tertia basi nuper reperta *Deli* edita *bull. de corr. hell.* 5 p. 462.

175) *consul factus esset, nisi in Marianos consulatus* (a. u. c. 650—654) *et in eas petitionis angustias incidisset, cum praesertim legatus ita nude dictus non conveniat nisi liberae rei publicae temporibus*²⁾. Fortasse etiam Q. Pompei Rufi cos. a. 666 eoque anno caesi statuam idem Agasias sculpsit (cf. infra n. 1424). Quinam autem fuerit qui hoc titulo honoratur et is quid beneficii in Italicos contulerit, nobis tum datum erit scire, cum forte fortuna reliqua tituli pars prodierit. Statua haec bellatoris occumbentis quamquam nuda est neque ita comparata, ut honoratorum virorum imagines effingi solent, nihilominus ducem aliquem aetatis illius repraesentet necesse est (comparat Robertus noster statuam similem item Deli repertam C. Ofellii M. f. Feri editam *bull. de corr. hell.* 5 p. 391) eumque civem Romanum; nam Graeco homini legati vocabulum, modo id recte restitutum sit, parum convenit. Beneficium quo qui honoratur Italicos affecit, coniunctum fortasse cum eius interfecione in proelio aliquo, verisimile est spectare ad res gestas in Aegypto. Hoc enim effossiones Deliacae demonstrarunt septimo urbis saeculo insulam tamquam commune caput fuisse Italicorum in Oriente versantium et si quem ii honorare vellent, saepe statuam dedicavisse apud Apollinem Delium. Addam titulum Deliacum et re et tempore ab hoc nostro non abhorrentem item editum ab Homollio *Bulletin* 8 p. 107: Ῥωμαίων οἱ εὐεργετηθέντες ναύκληροι καὶ ἔμποροι ἐν τῇ γενομένῃ καταλήψει Ἀλεξανδρείας (a. ut videtur p. Chr. 126, u. c. 628) ὑπὸ βασιλείᾳ Πτολεμαίου Θεοῦ Εὐεργέτου Λόχον Καλλιμηδου (cf. C. I. Gr. 4896) τὸν συγγενῆ βασιλείᾳ Πτολεμαίου καὶ βασιλείστῃς Κλεοπάτρας ἀρετῆς ἔνεκεν καὶ εὐεργετίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς Ἀπόλλωνι.

²⁾ Cf. vol. I n. 562. 605. Decretum quoque Gythiensium factum in honorem N. et M. Cloatiorum M. f. (Lebas et Foucart n. 242a: Dittenberger *syll.* n. 255) quos nominat Γάιον Ιουλιον πρεσβευτὰν καὶ Πόπλιον Λυτρώνιον πρεσβευτὰν καὶ Φουλβιον πρεσβευτὰν, et ipsi eiusdem aetatis sunt. Antoninum qui ibi nominatur (ἐν τῷ ἐπὶ Τιμοκρατέους ἑνιαυτῷ, ὅτε Ἀντώνιος παρεγένετο) recte Waddingtonius (apud Foucartum l. c.) negavit triumvirum intellegi; sed quem proposuit C. Antoninum Ciceronis in consulatu collegam propterea quod is imperante Sulla a. 671 in Achaia Graecos vexavit, cum eo tempore tribunus militum fortasse esset, non magis sic nominari potuit. Immo intellegitur dux missus contra piratas aut pater M. Antonius orator praetor pro consule a. 651 aut filius M. Antonius Creticus a. 680, potius autem pater propter orthographiam antiquiorem.

1423 in pariete marmoreo vel potius basi praegrandi fortasse statuae equestris (lapides alti sunt m. 0,72, margo inferior m. 0,38), quae basis extat loco antiquo Deli a propylaeis ad septentrionem, legitur a parte quae est ad occidentem titulus longus m. 2,10 litteris altis c. 10 scriptura continua uno versu. Picturam monumenti dedit Reinach l. c. p. 173. A parte altera ad orientem cum marmora rudia manserint, videtur deficere basis latus alterum inscriptum fortasse et ipsum.

L·CORNELIVS·L·
= F·SVLLA·PRO·COS

a. u. c. 667

* Repraesentavi ad ectypum, quod misit Samuel Reinach, quoniam utile fuit formam litterarum depingere. Edidit idem *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 172.

Litteratura cum vetet titulum referre ad cognominem hominem posterioris aetatis, tituli quoque qui reperti sunt Deli pertineant fere ad tempora liberae rei publicae, hic scriptus sit necesse est in ipso principio anni secuti eum, quo Sulla fasces gessit, id est ineunte a. u. c. 667, aut ante quam Sulla in Graeciam venit aut certe ante quam Mithridatem primum vicit; nam mox eum imperatorem acclamatum esse dubium non est et propterea proconsulis vocabulum deposuisse. Nec cur honoratus sit latet. Pace rupta inter Romanos et regem Ponti Mithridatem cum Athenienses ab illis descivissent, Delus insula, quae eo tempore Atheniensium erat, in fide mansit (Appianus Mithr. 28: *Δῆλον ἀφίσταμένην ἀπὸ Ἀθηναίων*), omnino propter cives Romanos magno numero ibi degentes, et rem publicam suam sibi constituit. Hoc scilicet aperuit qui nuper ibi prodiit titulus (edidit Homollius *bull. de corr. hell.* 8 p. 133): *Μάαρκον Ἀντώνιον Μαάρκου υἱὸν στρατηγὸν ὕπατον* (cos. a. 655), *τιμητὴν* (censor a. 657) *Δηλιοὶ τὸν ἑατῶν πατρῴων Ἀπόλλωνι Αστέμειδι Δητοῖ, commune Deliorum adgnosens, quod Atheniensibus dominantibus nullum fuit. Itaque cum titulus ante coeptum bellum Mithridaticum scribi non potuerit, potest, ut pervidit Homollius, dedicatus esse ipso a. 667, quo Antonius perit interfectus propter studia partis Sullanae a factione Mariana, sive Delii illi eum honorarunt etiamtum vivum, sive post mortem statuam posuerunt patrono rei publicae causa mortem crudelem perpeso (cf. n. 1424). Delios, cum ab Atheniensibus descivissent, horum dux Apellicon adgressus est; sed devicit eum Orobisus sive quo alio nomine fuit (cf. supra n. 1410 *M. Orbisus M. f.*) *στρατηγὸς Ῥωμαίων φυλάσσων τὴν Δῆλον* (Athenaeus V p. 214). Eum cum habere nequeamus pro praefecto insulae iure ordinario constituto (videantur quae composui in *hist. Rom.* 17 p. 550 et ad vol. X n. 6785), praefuit ei aut electus a civibus Romanis in insula constitutis urgente necessitate aut eo missus belli causa a Sulla aliove quo magistratu Romano. Quam gratus autem vel nuntius Sullae adventantis civibus Romanis Deli morantibus accidere debuerit, facile intellegitur, eaque sine dubio causa fuit huius dedicationis. Facta autem sit necesse est ante quam Archelaus dux Mithridatis cum classe Delum invasit eamque hominibus caesis ad viginti milia Italicis plerisque et vastatis omnibus ita prostravit, ut ne post victoriam quidem resurgeret (Appianus l. c.; Pausanias 3, 23; Strabo 10, 5, 4). Nam quamquam clades a piratis inlata a. 686 (Phlegon fr. 12 Muell.: *Ἀθηνόδωρος πειρατῆς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων Θεῶν Ἑσάνια διελυμήνατο. Γαῖος δὲ Τριάρχιος τὰ λελωβημένα τῆ πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχευσε τὴν Δῆλον*) coeptum exitium consummavit, nec desunt in insula monumenta Mithridatis obsessione posteriora, tamen post hanc numquam ne adspiravit quidem ad vetustum splendorem. Itaque non mirum est Deli ea potissimum monumenta eruderari, quae sub ipsum excidii tempus perfecta coeptave essent. — Duo autem tituli hic et is qui sequitur collegae Sullae Q. Pompeii Rufi sine dubio honorariis accensendi sunt quamquam perscripti casu primo; nam ali-quod opus a Sulla proconsule et Rufo consule Deli factum esse et per se difficultatem habet, cum vocabulum faciendi vel dedicandi raro omittatur, et re quod ad illum attinet parum credibile est, in hoc autem paene ineptum. Quam ob rem crediderim in monumento plurimum statuarum Deli dedicato et dedicationem perscriptam esse et singulis statuis singularia nomina adscripta, pariter atque factum est in fornice Fabiano (C. I. L. I p. 278) et in monumento aevo Augusto Olympiae dedicato in memoriam L. Mummii et decem legatorum (*archäolog. Zeitung* 1878 p. 86), quod apte comparavit Reinachius. Nam in eiusmodi elogiis primus casus sollemnis est a dedicationibus abhorrens (l. c. p. 277).*

1424 basis statuae composita tribus lapidibus, quorum secundus solus scriptus est, alta m. 0,18, lata m. 1,10, scripta litteris inconditis. Deli non loin de l'angle nord-ouest de l'agora dans un mur courant du nord au sud.

Q. POMPEIUS. Q. F. RVF
COS

cos. a. u. c. 666

Dedi ad ectypum, ut de litterarum forma iudicari posset; misit id Reinach, qui item edidit *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 181.
Q. Pompeius Q. f. Rufus is qui fascies gessit a. 666 cum Sulla et perit consul etiamtum, honoratus est a civibus Romanis Deli morantibus post mortem ni fallor, una cum Sulla et propter Sullam, quem collegam et consocerum adiuvans rei publicae causa occubuerat. Non absimile veri est Delios, cum de Sullae adventu certiores facti essent et propterea ipsi statuam ponendam decrevissent, simul honoravisse primarios viros earundem partium a Marianis interfectos, in his Q. Rufum et M. Antonium.

Prope inscriptionem (*quelques mètres plus loin vers le nord*) reperta sunt una cum statuae viri reliquiis formae maximae tituli Graeci fragmenta haec ita a Foucartio aliisque coniuncta et expleta, edita autem a Reinachio l. c. p. 181. 182:

κόιντον πομπήιο ἴν κοινήτου υἱόν | ΡΟΥ | φον
 ῥωμαίων οἱ ἐν δόλῳ ἐργαζόμενοι
 εὐεργεσι | ΑΣ | ΕΝ | εκεν τῆς εἰς ἑαυτοῦς ἀνέθηκεν
 ΑΓΑΣΙΑ | ς | μην | ΟΦ | ἴλου | ΕΦΕ | σιος
 εἰ | Ο | ἰει

At ipse Reinachius observat fragmenta duo ΑΓΑΣΙΑ et ΟΦ superne plana ita comparata esse, ut ad primum tituli versum necessario referendi sint; fragmentum autem in quo est ΑΣΕΝ item referri posse ad titulum restitutorium Agasiae subscriptum finientem in ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ (v. p. 601). Praeterea offendit versus secundus, cum consulem Romanum si cives Romani soli honorassent, vix Graece titulum concepissent. Fortasse Delii magis titulum hunc dedicarunt iidem qui M. Antonio statuam posuerunt (cf. p. 604).

1425 Deli rep. ad portum ibi fere ubi est n. 1423.

ANVS · MAR · L · DA
 VS · MAR · A · L · DA
 L · T E C T O R
 S | S E I E

Recognovi ut potui ad ectypum missum a Reinachio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 175.

ARGI (p. 84. 984 Eph. IV p. 188).

1426 ad n. 532. Melius descripsit Le Bas inscr. vol. II n. 124 (cf. Foucart in comm. p. 57) sic:

Q · MAARCIVM · Q
 ITALICEI · QVEI · NEGOTIAI
 KOINTON MAARKIO
 TOY YION RHΓA ITAA

ubi nota formam elementi Graeci ϩ.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM (supra p. 66).

1427 Amphorae repertae Deli.

1	ALEXA	in collo
2	AFOLOD	in ansa
3	AMOR	in ansa
4	BARN	in collo
5	CERDO	in collo
6	M CLAVDI	in ansa
7	DACVS	in collo
8	DASIVS	in collo
9	MEN	in ansa
10	ΓΙΛ · BETIL · M	in ansa
11	C RVP	in ventre
12	TEVCI	in ansa
13	ZOR	in collo
14	//CAE ICAE	in ansis duabus

Homolle et descriptas misit et ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 120.

Decima harum redit in amphora C. IX, 6079, 14 reperta Brundisii, et sunt omnes generis et aetatis eiusdem atque Brundisinae.

1428 lucerna rep. Deli.

ROMANIS

111

Reinach *bull. de corr. hell.* 8 p. 169.

MACEDONIA.

PHILIPPI (vide supra p. 78).

1429 Cavallae (Christopoli) dans les murs du magasin de Constant Fessa.

IVIRI · QVINQ · PHILIPP · AVGVst
 SERMO · TVRPILIVS · VETIDIVS^l per
 OPIVM · FRONTONEM · PATRE^m thermas? refec
 ADIECTA · CELLA · NATATOR^la

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 47.

1 *Philipp(enses) Augu(stani)* sic alibi non redeunt; *colonia Augusta Iulia Philippi* constanter legitur in nummis.

1430 Basilaki prope Philippos inter rudera vici deserti.

C O T T I V S
 M O N T A N V S
 P A T R O N V S C O L
 L A M D I V I · A V G

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

1431 in viço Bulutschka rep. cum n. 1432.

N · V I · V O L · V · L L
 I I I I V I R A V G · A · N

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.
2 I III traditur.

1432 litteris magnis Bulutschka prope Philippos in coemeterio.

C O R N E L I A L O N G A
 Q V A E · E T · S E C V N D I L L A
 C O R N E L I V S · P · F · V O L · C R E
 P I S S I M A E · V · F · C

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 48.
Cornelia Longa nominatur n. 652.

1433 Philippis in pavimento viae.

O N A E D
 S V A L E R
 I B E R I S C A V I S S I M I S
 I D N I S

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 48.

1434 fronton de stile, petit architrave. Raktscha prope Philippos dans une construction moderne servant d'abreuvoir.

I I I · P L A N I V E R E C U N D I

Reinach descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 48.

T H R A C I A.

THASVS insula.

1435 Limenas in domo Costae parieti immissa.

ORDO THASIR sic
 LOCVM · SEPVLTVR
 ET · IMPENSAM
 FVNERIS · DECORAVIT
 5 CAMPINVS ·
 SER

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 47.

1 requiritur THASIOR. Praeterea apparet primariam inscriptionem in alio scilicet lapide perscriptam desiderari.

ABDERA (*Balastra*).

1436 Katzi-Daran prope Abderam.

HPWI AYΛΩNEITH ΘYΣIACTAI NEPI IEBA ΠOΠAΛIION
 HEROI AVLONITE CVLTORES SVB SACERD · POPIL · ZIP

ZEITIAN

Contuli ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

1 numen Thracicum Herois sive Heronis notum est ex titulis compluribus; v. quae adnotavimus ad huius eph. vol. II n. 368 collato C. vol. VI n. 3691. *Aulonites* fortasse appellatur ab oppido eius nominis ad sinum Strymonicum sito. — 2 post ZIP ectypum deficit, nec plura dat Reinachius.

Zipas redit in titulis Thracicis n. 707 (v. 6). 6115a, item apud Conzium *Reise auf den Inseln des thrakischen Meeres* p. 27.

1437 litteris magnis, v. 1 cent. 9. Katzi-Daran prope Abderam.

VTTIEDIA · CLE ·
 OPATRA · ARISTOCRITO
 FIL · M · V · D · V · H · S · F · C ·

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; is ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 49.

2 extr. o parum certa. — *Uttiedia Cleopatra Aristocrito fil(io) m(ensium) V d(ierum) V h(ic) s(ito) f(aciendum) c(uravit)*.

PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE

DE CIVITATE ET CONVIVIO (supra p. 92).

1438 ad D. XLII. XLIII (cum Eph. II p. 453). Duae cohortes Lusitanorum eo tempore consistentes in Pannonia inferiore fuerint necesse est I et III, cum utramque nominent eiusdem provinciae tabulae a. 113 et 167; contra VII quamquam visa est esse in aere pessime scripto, eo ipso tempore in Raetia morata est testibus tabulis a. 107 et 166. Quam ob rem numerus qui visus est esse VII vere erit III.

1439 ad D. LXVI (Eph. IV p. 185). Recognoverunt apud Anconam mea causa Dressel et Huelsen; a quibus exemplum intus scriptum quamquam habeo et diligenter descriptum et stanno expressum, ductus informes nec satis intellexi neque hoc loco repraesentavi.

intus: tabella prior.

septem versus scripturae pessimae

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAES M IVLIVS PHILIP
 FEL AVG PONT MAX TRIB P
 M IVLIVS PHILIPPVS NOBIL
 NOMINA MILITVM QVI MILIT
 5 COHORTIBVS PRETORIS PHIL
 CEM · I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII · VII
 DICIBVS QVI PII ET FORTITER
 CTI SVNT IVS TRIBVIMVS CON
 XAT CVM SINGVLIS ET PRIMI
 10 VT · ET · NAM SI PEREGRINI IVR
 IN MATRIMON · SVO IVNXXE
 LIBEROS TOLL · ACXI EX DVOB C
 MANIS NATOS A D VII ·
 C BRVTIO PRESENTE ET C · ALI
 15 COH V PR PHILIP
 NEB · TVLLIO NEB F · MA
 AEL · MVRS
 DESCRIPT ET RECOGNIT EX TA
 QVE FIX EST ROMAE IN MVRO
 20 DIVI AVG AD MINIB

sic

Imp. Caes(ar) M. Iulius Philippi[us Pius] Fel(ix) Aug(ustus), pont(ificus) max(imus), trib(unicia) p[ot(estate) III, cos., p. p.];

M. Iulius Philippus nobil[issim(us) Caes(ar)]

nomina militum, qui milit[aver(unt) in] cohortibus pretoris Philippi[anis] de]cem I. II III. IIII. V. VI. VII. VIII. VII[II. X] piis vin]dicibus, qui pi[e] et fortiter [militia fun]cti sunt, ius tribuimus con[ubii dumta]xat cum singulis et primi[s uxori]bus, ut etiam si peregrini iur[is feminas] in matrimon(io) suo iunxer[unt, proinde] liberos toll(ant), acxi ex duob(us) c[ivibus Ro]manis natos.

a d. VII [id. Ian.] C. Bruttio Presente et C. All (?) [cos.]

Coh(ors) V pr(aetoria) Philip[pian(a) p(ia) v(index)] Neb(o) Tullio Neb(i) f. Ma Ael(ia) Murs[a].

Descript(um) et recognit(um) ex ta[bula aerea], quae fix(a) est Romae in muro [post templum] divi Aug(usti) ad Mine[rvam].

12 ut hic est *acxi*, ita in simili tabula (C. III p. 900 n. LVII et emendatus C. IX n. 261 cum add. p. 657) legitur [*a*]xi pro eo quod est *acsi*. — 14 potest fuisse et ALI et ALL, vix ALB' Huelsen. — 16 praenomen *Gnaeus* vel potius *Naeus* (cf. mon. Ancyr. ed. 2 p. 209) hic est *Nebus*.

1440 ad n. LXXIII (Eph. IV p. 513). In tabella posteriore haec Huelsenus sibi visus est agnoscere, sed ut quae distinguuntur litteris inclinatis dubia essent omnia et parum certa; addit imaginem a Promisio editam egregie factam esse et recte archetypum ea repraesentari.

MIL IIIIII P ET FOR
EMERIT IIII TRIIB
CONVB IIIIII
PANNEIO P F PROBO
5 PAPIR POETOVIO
AFFIX IIIIIIII

1 pro P ET FOR item STIP legi posse adnotavit idem.

LXXVIII. DOMITIANVS M. SABINIO FVSCO.

a. 83 d. Iun. 9.

rep. Copti, est Cairi.

Rep. Copti in Aegypto m. Apr. a. 1881; collocavit in museo Bulacensi Gastonus Maspero.

intus: tabella prior

AR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANV/
 IS · PONTIFEX · ◉ · MAXIMVS · TRIBVNIC
 T · II · IMP · III · P · P · COS · VIII · DESIGNAT · X ·
 ET · PEDITIBVS · QVI · MILITANT · IN · ALIS ·
 5 T · COHORTIBVS · SEPTEM · QVAE APPEL
 AVGVSTA · ET · APRIANA · ET · COMMAGE
 T · I · PANNONIORVM · ET · I · HISPANORVM ·
 A · CILICVM · ET · I · ET · II · THEBAEORVM ·
 ITVRAEORVM · ET · SVNT · IN · AEGYPTO ·
 10 ERIO · MAXIMO · QVI · QVINA · ET · VICE
 ENDIA · AVT · PLVRA · MERVERANT ·
 NOMINA · SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS ·
 POSTERIS · QVE · EORVM · CIVITATEM · ◉ ·

extrinsecus: tabella prior

M/ENORVM · ET · I · PANNONIORVM · ET · I · HIS
 PANORVM · ET · I · FLAVIA · CILICVM · ET · I · ET · II ·
 THEBAEORVM · ET · II · ET · III · ITVRAEORVM · ET ·
 SVNT · IN · AEGYPTO · SVB · L · LABERIO · MAXIMO ·
 QVI · QVINA · ET · VICENA · STIPENDIA · AVT ·
 PLVRA · MERVERANT · QVORVM · NOMINA ·
 SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTE
 RISQVE · EORVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CO
 ◉ ◉
 NVBIVM · CVM · VXORIBVS · QVAS · TVNC · HA
 BVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT ·
 SI · QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POS
 TEA · DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI ·
 SINGVLAS · A · D · V · IDVS · IVNIAS
 TETTIO IVLIANO
 TERENTIO · STRABONE · ERVCIO · HOMVLLO · COS ·
 COHORT · I · HISPANORVM · CVI · PRAEST ·
 M · SABINIVS · FVSCVS ·
 CENTVRIONI
 C · IVLIO C · F · SATVRNINO · CHIO
 DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AE
 NEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN · CAPITOLIO · IN
 TRA · IANVAM · OPIS · ADLAVS · DEXTRVM

tabella posterior

VM · CVM · VXORIBVS · QVA ◉
 15 T ◉ CVM · EST · CIVITAS · IIS ·
 CAELIBES ESSENT · CVM · IIS
 XISSENT · DVM · TAXAT · SIN
 A · D · V · IDVS · IVNIAS ·
 IVLIANO COS ·
 20 ABONE · ERVCIO · HOMVLLO ·
 SPANORVM · CVI · PRAEST ·
 FVSCVS
 NTVRIONI
 SATVRNINO CHIO
 25 RECOGNITVM · EX · TABVLA
 ROMAE IN CAPITOLIO

tabella posterior

AVGVSTALIS
 EVTRAPELI
 MODESTI
 RVFI
 SEMENTIVI
 CELERIS
 PRISCI

1 *Q. Muci Augustalis*: D. LXVIII
 a. 82 et LXXIV a. 84, item infra
 n. LXXIX. — 2 *C. Pompei Eutrapeli*:
 D. XI a. 80; LXVIII a. 82; infra
 n. LXXIX. — 3 *C. Lucreti Modesti*:
 tabulae citatae ad v. 1. — 4 *P. Atini*
Rufi: D. IX a. 74, XI a. 80, LXVIII
 a. 82, LXXIV a. 84 potius quam *P.*
Valeri Rufi: D. XII a. 85. — 5 ... *di*
Sementici: D. XI a. 80.

Misit mihi Masperus primum descriptam ab amanuensi parum perito, ad quod exemplum edidit Desjardins *Revue critique* d. 15 Oct. 1883; deinde a se diligenter exceptam, quod exemplum sequitur Desjardinius in ed. altera *Comptes-rendus de l'Académie des inscriptions* vol. 11 (1883) p. 441; nuper vero recognitam egregie et expletam, quod exemplum idem Desjardinius expressit in eph. *Revue critique* d. 30 Iun. 1884. Praeterea Masperus misit ectypum charta expressum, sed in quo difficiliora non agnoscantur.

[Imp. Caes]ar divi Vespasiani f. Domitianu[s August]us pontifex maximus, tribunici(a) [potesta]t(e) II, im[p.] III, p. p., cos. VIII, designat(us) X [e]quitibus et peditibus, qui militant in alis [tribus e]t cohortibus septem¹⁾, quae appel[lantur] (1) Augusta²⁾ et (2) Apriana³⁾ et (3) Commagenorum⁴⁾; et (1) I Pannoniorum⁵⁾ et (2) I Hispanorum⁶⁾ et (3) I Flavia Cilicum⁷⁾ et (4) I⁸⁾ et (5) II Thebaeorum⁹⁾ et (6) II¹⁰⁾ et (7) III Ituraeorum¹¹⁾ et sunt in Aegypto sub L. Laberio Maximo¹²⁾, qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant,

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dum taxat singuli singulas

a. d. V idus Iunias Tettio Iuliano¹³⁾, Terentio Strabone Erucio Homullo¹⁴⁾ cos.¹⁵⁾

cohort. I Hispanorum, cui praest M. Sabinus Fuscus, centurioni C. Iulio C. f. Saturnino Chio.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio intra ianuam Opis ad latus dextrum¹⁶⁾.

¹⁾ Augusto principe in Aegypto tendebant alae tres cohortesque novem (supra p. 9). Aut imperante eo aut primis annis Tiberii auxilia imminuta esse verisimile est, cum legio quoque una ex tribus tum inde abducta sit; certo tamen ex hac tabula non efficitur a. 83 non plus tres alas et cohortes septem in Aegypto tetendisse, cum Domitiani privilegium ad partem tantum auxiliorum Aegyptiacorum pervenire potuerit. Opera ad Coptum facta esse ab alis tribus et cohortibus septem laterculus Coptitanus (l. c.) docuit, qui sunt ipsi numeri privilegii huius; sed quo tempore illa facta sint, non satis constat, nec magiscertum est omnia Aegypti auxilia ad Coptum opus fecisse.

²⁾ Hanc ex Aegypto praeterea non habemus testatam; sed eadem videtur fuisse ala Augusta, cuius vexillatio in Mesopotamia constituta memoratur in titulo n. 600 aetatis fere Traianae, cum numeri ibi recensiti pertineant omnes ad exercitus Orientis. Ala I Augusta, quae sub Pio in Pannonia inferiore fuit (D. XLII cum add. Eph. II p. 453 n. 1017) commemoraturque in titulis Noricis n. 4812 a. 238 (sine numero) et 4834 (item sine numero) et in Raetico n. 5819, potest eadem esse. Contra diversa fuerit necesse est ala *I Flavia Augusta Britannica*, quae per a. 113—167 praesedit Pannoniae inferiori, item per aliquod tempus castra habuit in Cappadocia (v. supra p. 28 n. 41); nam in D. XLII. XLIII iuxta ponuntur *I Augusta* et *Britannica*

civium Romanorum. *Ala Augusta* titulorum Britannicorum VII, 340—344, item *ala I Augusta* vel *ala Augusta* titulorum Gallicorum Italicorumque supra p. 246 compositorum quo pertineant, definiri non potest.

³⁾ Alam Aprianam castra habuisse ad Syenen ostendit titulus n. 6026; praeterea nominatur in Memnoniaco n. 49 anni 170 et in Notitia Dignitatum Or. 28, 32. Haec igitur per quattuor saecula in Aegypto castra habuit.

⁴⁾ Εἰλῆς Κομμαγενῶν meminit titulus Talmi inventus C. I. Gr. 5057; praeterea ala I Commagenorum invenitur in titulo Celeiano n. 5224.

⁵⁾ Cohortis primae Pannoniorum cohortiumve primarum (nam plures fuisse verisimile est) lapides compositi sunt supra p. 182; de exercitu quatenus constat, pertinent ad Pannonicum (III p. 1152), Germaniae superioris (Brambach 740. 743. 1519), Britannicum (IX, 2649). In Aegypto praeterea non comparet nisi in Notitia Or. 28, 41 *cohors prima Augusta Pannoniorum.*

⁶⁾ Cohortem Hispanorum castra habuisse ad Talmi docuerant tituli C. I. Gr. 5043. 5046. 5047. Numero primam fuisse nunc intellegimus. Cohortium eius nominis titulos supra composuimus p. 167; ad Aegyptum praeter hos nullus ducit.

⁷⁾ Cohortem I Flaviam Cilicum tetendisse in Aegypto sub Hadriano et Pio ostendunt tituli C. n. 6025 et C. I. Gr. 4713 f.

⁸⁾ Haec est cohors sola ex septem residua in laterculo militum Coptitano edito supra n. 15, ubi de ea diximus p. 9.

⁹⁾ Redit in titulo Memnoniaco n. 37 anni 95.

¹⁰⁾ Hanc castra habuisse in Aegypto superiore docuerunt tituli C. I. Gr. 5050 (anni 147). 5081 (a. 136). 5110. Est etiam in Notitia Or. c. 28, 44. Horum titulorum ignarus Desjardinius cohortem hoc loco inseruit primam Ityraeorum, ipse confessus eius in Aegypto nullum vestigium reperiri.

¹¹⁾ Cohors III Ityraeorum antea innotuerat ex solis titulis praefectorum C. IX, 1619. VIII, 2394. 2395 (vide supra p. 194); castra ubi fuissent, ignorabatur. In Aegypto praeter secundam aliquamdiu stetisse septimam cum ex titulo Memnoniaco C. n. 59 constaret, eam hoc quoque loco nominatam fuisse antea conieceram (vide supra p. 194); quam coniecturam lectio expleta redarguit.

¹²⁾ L. Laberius Maximus idem est sine dubio atque procurator Iudaeae a. 71 (Iosephus bell. Iud. 7, 6, 6: ἐπέστειλε Καΐσαρ Βάσσω και Λιβερίω — scr. Λιβερίω — Μαξίμω, οὗτος δ' ἦν ἐπίτροπος), procurator (amphitheatri Flaviani) et praefectus annonae a. 80 (acta Arval. p. CVI Henzen). Eum praenomen habuisse Lucii et a. 83 Aegyptum administravisse iam addiscimus. Filius eius videtur esse M'. Laberius Maximus clarus inter duces Traiani consul II ordinarius a. 103 (v. ind. Plin. p. 416).

¹³⁾ Tettius Iulianus legatus legionis VII Claudiae Moesiae eo tempore praesidentis propter Roxolanos victos a. 69 consularibus ornamentis donatus est (Tacitus hist. 1, 79), deinde cum insidias sibi structas a legato provinciae fuga evitasset (l. c. 2, 85), in a. 70 praetor creatus magistratum propter falsos nuntios ei abrogatum mox recepit (l. c. 4, 39. 40). Consulem eum factum esse a. 83 iam comperimus.

¹⁴⁾ Aut idem est aut filius cognominis *L. Terentius L. f. Homullus iunior* legatus legionis VII geminae felicitis is qui dedicavit titulum Legionensem C. II, 5084. Itaque cum eius aetatem tabula quam edimus aliquatenus determinet, inde colligemus iam sub Domitiano. legionem VII castra illa obtinuisse.

¹⁵⁾ Fasces hoc anno die Iul. 16 gessisse creduntur C. Scoedius Natta Pinarianus et T. Tettienus Serenus (C. VI, 163), sed sine idonea causa; nam ex titulo Genavensi Henzeni n. 6770 annus certa ratione effici non potest. Solos igitur novimus consules huius anni ordinarios Domitianum Augustum VIII et Q. Petillium Rufum II, item quos ex hoc privilegio intelleximus fasces gessisse die Iun. 9. Itaque nundinia huius anni utrum quadrimestria an bimestria fuerint, adhuc non liquet.

¹⁶⁾ De aede Opis in Capitolio disputavit diligenter Henricus Jordan in huius eph. vol. 3 p. 64 seq. et in topographia 1, 2 p. 43. Ad hanc tabulam proxime accedit locus actorum Arvalium p. CVI ed. Henzenianae, secundum quem a. 80 Dec. 7 in Capitolium in aedem Opis sacerdotes convenerunt.

LXXIX. DOMITIANVS MVCAPORI.

post a. 86.

rep. et adservata Mogontiacy.

Tabula longa mill. 203, alta mill. 16; extrinsecus cernuntur vestigia lamellarum aenearum longarum mill. 140, distantium mill. 24, adferruminatarum ad signacula defendenda. Rep. ad Mogontiacum, mox inlata in museum Mogontiacense.

intus: tabella posterior

QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE
 RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONV
 BIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVSSENT
 CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES ESSENT
 5 CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
 sic GVLI SINGVLAS · A · D · VI · K · NOVEMBR
 ALBIO PVLLAIENO · POLLIONE COS
 CN POMPEIO LONGINO
 COHORT · I · AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
 10 M ARRECINVS GEMELLVS
 EQVITI
 MVCAPORI IPTACENTIS F · THRAC
 DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
 QVAE FIXA EST ROMAE

extrinsecus: tabella posterior

Q · MVCI	AVGVSTALIS
L · PVLLI	VERECVNDI
C · LVCRETI	MODESTI
C · POMPEI	EVTRAPELI
C · IVLI	CLEMENTIS
Q · VETTI	OCTAVI
L · PVLLI	IANVARI

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas.

a. d. VI k. Novembr. Albio Pullaieno Pollione, Cn. Pompeio Longino cos. cohort(is) I Aquitanorum veteranae, cui praest M. Arrecinus Gemellus, equiti Mucapori, Iptacentis f., Thrac(i).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae.

Delineatam miserunt Carolus Zangemeister Heidelbergensis et Iacobus Keller Mogontiacensis; hic edidit *Westdeutsches Korrespondenzblatt* a. 1884 Iun. 1. — Litterae Γ et τ et Λ passim vix differunt.

Domitiani esse ostendunt testes, quorum septimus redit in tabula a. 80, quartus in tabulis a. 80. 82. 83, primus et tertius in tabulis a. 82. 83. 84, quintus in tabulis a. 82. 84, secundus in tabulis a. 93. 107. 113/4. 129. Post annum 86 tabulam scriptam esse colligitur ex subscriptione anticae finiente in *Romae*. Nimirum cum locus aeris ad a. fere 71 in utroque exemplo reperitur pariliter enuntiatus, mox incipit minus plene perscribi in parte interiore; scilicet est in ea per annos 74 ad 86 (D. IX. XI. LXVIII. LXXIV. XII. XIII. XIV) *Romae in Capitolio*, a. autem 93 (D. XVI) et rursus a. 103 (D. XXI) *Romae* ut in hac nostra. Ab anno autem 98 ad tempora Pii descriptionis adnotatio in parte interiore omittitur. — Spectavisse privilegium ad exercitum Germaniae superioris colligitur non solum e loco unde prodiit, sed multo certius ex cohorte, quae redit in privilegiis exercitus eius annorum 74 et 116. — Consules alibi non nominantur. Prioris stirps quoque plane ignota; ne Pullaienorum quidem memoria superest nisi exilis (cf. titulus Dacicus C. III, 1118: *Pullaiena c. f.* et figlinae inscriptae *Pullaeni* C. X, 8053, 168). Praeterea comparari potest [*M.*] *Albius M. f. Ouf. Pollio* tituli Lilybitani C. X, 7224. — *Pompeium Longinum* tribunum cohortis praetoriae, equitem igitur nominat Tacitus in rebus a. 69 hist. 1, 31; *Cn. Pompeium Longinum* legatum (praetorium) Iudaeae lex a. 86 (C. III p. 857), quem quominus hunc ipsum esse statuamus nihil impedit; *Cn. Pinarium Aemilium Cicatriculam Pompeium Longinum* legatum Pannoniae alia lex a. 98 (C. III p. 862). — Patris militis nomen redit in titulo Aquincensi Eph. IV n. 682: *M. Aurel. Eptacentus*.

LXXX.

a. incerti.

rep. Heddernheim, est Francofurti.

tabella longa mill. 35, alta mill. 25, rep. ad Heddernheim *auf dem Heidenfeld* m. Febr. a. 1884; iam Francofurti ad Moenum in museo.

intus: tabella prior

I / / / V
I L I N O
A I S S Q V O
D E D E T C O
I S P

extrinsecus: tabella prior

R I I V S I
G N I T V M E X T A
T R O M A E I N M V
I G A D M I N E I

Intus 1 vestigia incerta ex cohortis cuiusdam vocabulo videntur superesse. — 2 A(vel V)L(vel I)L(vel B)INO legit Hamm., cogitans de Clodio Albino legato, ut conicat, Germaniae superioris. Mihi constabat esse in aere VI(vel L)LINO, superstes ex nomine *Aquilino, Paullino, Catullino, Nerullino* similive. — Extr. 1 fuit sine dubio uxORI EIVS I ... vel T..., ut haec littera prima fuerit patriae mulieris.

[Imp. Caesar ...

equitibus et peditibus qui militaverunt in alis ... et cohortibus ..., quae appellantur et sunt in sub] ullino (*aut uilino*), [quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta] miss(ione) quo[rum nomina subscripta sunt civitatem Romanam qui eorum non haberent] ded(it) et co[nubium cum uxoribus quas tunc habuissent, cum est civitas] iis d[ata].

.....

..... [uxo]ri eius I

[Descriptum et reco]gnitum ex ta[bula aenea quae fixa es]t Romae in mu[ro post templum divi A]ug[usti] ad Miner[vam].

Recognovi. A. Hammeran *Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift* 1884 Mai. 1.

Posteriorem esse legem anno 86 inde efficitur, quod locus tabulae fixae indicatur formula ea quae coepit inter a. 86 et 92 (C. III p. 916). Ad saeculum secundum item ducit quod coniunguntur duo vocabula *missione quorum*, id quod ante Traianum raro invenitur, ab a. autem 107 fere perpetuum est (C. III p. 866). Quam ob rem int. 4 malui inserere formulam recentiorum *civitatem Romanam qui eorum non haberent dedit* quam antiquiorem *ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit*, quae mutatio cadit inter a. 138 et 146 (supra p. 99 not. 9).

ADDITAMENTA POSTREMA.

SYRIA PALAESTINA.

AELIA CAPITOLINA (supra p. 571).

1441 ad Eph. II n. 346a. Clermont-Ganneau in relatione quinta de itinere Syriaco (*rappports sur une mission en Palestine et en Phénicie en 1881. Cinquième rapport* a. 1884; ed. sep. ex ephemeride *Archives des missions* ser. III tom. XI) p. 60 itemque in epistula ad me data quattuor similes tegulas memorat repertas omnes Hierosolymis; primam inscriptam L X, quam ipse invenit a. 1874 et collocavit inter ea quae collegit societas Anglica *Palestine exploration fund*; secundam inscriptam FRE, quam repperit Carolus Warren et iisdem collectaneis intulit; tertiam ex itinere postremo Parisios adlatam, quam ligno expressit, hanc:

L X F

Accedit quarta reperta a. 1881 prope Hierosolyma in vico Siloa inter rudera aedificii, quam edidit Guthe *Zeitschrift des deutschen Palaestina-Vereins* vol. 5 (1882) p. 40. 334. 378 tab. 10; legitur in ea L X FRE.

1442 Hierosolymis rep. dum aedificatur domus nova Franciscanorum; hodie in monasterio Latino S. Salvatoris.

HETEREIO
GRAPTO
HETEREIVS
RVFVS PARON
VS

Clermont-Ganneau *rappport* 1884 p. 98.

1443 Qalaûnyè prope Hierosolyma rep., iam Parisiis.

NIA

Clermont-Ganneau *rappport* 1884 p. 62.

IERICHO (*Riha*).

1444 Hierichunte rep., hodie Hierosolymis in monasterio Armeniaco.

imp. caes. divi ANT	⊙
f. l. aurelio u ER	AVG
leg. E	CIT
sub com MODO	COS

Ectypum misit Clermont-Ganneau, qui ed. *rappport* 1884 p. 112 ligno incisam.

3 excidit nomen legionis. — 4 [Com]modus consularis Palaestinae alibi opinor non invenitur.

EMMAVS NICOPOLIS ('Αμῶας).

Devictis Iudaeis et deletis Hierosolymis Vespasianus civitatem ibi nullam condidit (οὐ κατέκτισεν ἐκεῖ πόλιν), sed tantummodo in loco qui dicitur Ammaus LX ab Hierosolymis stadiis milites dimissos octingentos collocavit (χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν). Haec Iosephus ant. 7, 6, 6. Rem publicam vicus is accepit sub Alexandro demum dictam Nicopolin in memoriam opinor victoriae Titi de Iudaeis. Παλαιστίνης Νικόπολις, Eusebius ait (ad a. Abr. 2237) compilans Africanum, ἢ πρότερον Ἐμμαοῦς ἐκτίσθη πόλις πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προισταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικά συγγραφαιμένου¹). Et titulum quidem n. 1445 verisimile est Alexandro posteriore esse. Contra alterum n. 1446 crediderim pertinere ad aliquem ex octingentis illis Hierosolymorum expugnatoribus, quamquam miles is, non veteranus appellatur; nam legionem V Macedonicam notum est et partem fuisse exercitus illius Iudaeici et bello finito in Moesiam remissam esse (Iosephus bell. 7, 5, 13). Vide igitur ne vexillatio eius remanserit Emmaunte.

1445 'Αμῶας in basi quadrata magna, iam Parisiis.

p/RO SALVTE D/ n
 s/LICIS PP TEM/ptum
 au/BE LI PAVLI S

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 60 ligno incidit.

Num sit fracta infra, parum constat.

¹) Nummi qui extant cum nomine Nicopolis, alter anni XLII habens nomen Traiani Germanici Dacici, alter anni LXXII divae Faustinae, plerumque huic oppido Palaestinae tribuuntur, parum recte: id enim et Iosephus diserte ait re publica caruisse et civis eius Africanus ab Alexandro demum id ius accepisse, neque enim contendere debuit Geltzerus (Sex. Iulius Africanus p. 7) vicum re publica carentem non solum Nicopolis vocabulo usum esse, sed adeo nummos percutere potuisse. Immo verum est quod observavit Sauley (*numismatique de la terre sainte* p. 174) confirmavitque mihi nummorum peritissimus existimator Hofmannus Parisinus, priorem certe nummum propter fabricam abiudicandum esse Palaestinae et prae se ferre patriam aut Armeniam aut Commagenen. Accedit, quod ita era recte expeditur; nam ab a. p. Chr. 71 (scilicet ab autumno) Κομμαγηνοὶ καὶ Σαμοσατεῖς τοὺς ἰαντῶν ἀφιθμοῦσι χρόνους (Chr. Pasch. p. 464; Eckhel 3 p. 252). Fuisse eius nominis rem publicam in Commagene cum aliunde non constet, nihil magnopere impedit, quominus ibi quoque Nicopolis aliqua fuerit, nuncupata fortasse ab ipsa illa victoria sane parum cruenta, quam de rege Antiocho Vespasianus a. 72 reportavit.

1446 'Amwâs rep., iam Parisiis.

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 61 ligno incidit.
I vestigia incerta.

Instrumentum.

1447 signaculum aereum rep. in Palaestina, fortasse Ramle, iam Parisiis.

CN / AELI
OPTATI

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 68 ligno incidit.
Signum post praenomen aperte virgula est, non littera I.

SYRIA.

Dumeir.

1448 ad Eph.V n. 1334. Additamentum ad C. n. 129 pertinet, non ad n. 130.

SELEVCIA Pieriae (p. 34. 973).

1449 Seleucia *dans le canal sur le roc.*

DIVVS VESPASIANVS
ET DIVVS TITVS
F C

Clermont-Ganneau *rapport* 1884 p. 142.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

COMAMA Pisidiae (supra p. 581).

Coloniae Iuliae Augustae Fidae Comamae restituendi erunt nummi qui adhuc inter Comanenses Cappadociae delituerunt inscripti alii COL · AVG · COMAMA (sic in nummo Pii Mionnet 2, 350, 109 = S. 7, 710, 305; ipsum inspexit Ramsay in nummophylacio Britannico), alii COL · AVG · COMAMENORVM (sic in nummo Severi male edito ab Hubero *Berl. Blätter* 2 a. 1865 p. 191; ipsum inspexit idem ibidem; cf. Mionnet S. 7, 711, 308); alii COL · IVL · AVG · G · I · F · COMA[M]ENORV (sic in nummo Caracallae, cuius habemus ectypum; Mionnet 2, 350, 110 = S. 7, 711, 307); qui dicuntur inscripti esse COL C/AMEN (*Berl. Blätter* l. c.) et COL · IVL · F · COMM (Mionnet S. 7, 710, 306), aut imperfecte aut parum recte lecti sint necesse est.

Viae Cappadociae et Galatiae (supra p. 584).

1450 ad n. 1367. Pro Apollonia Pisidiae nominari debuit Antiochia.

A S I A.

APIA Phrygiae.

1451 Yaliniz Serai tribus horis inter sept. et occ. ab Altantasch, non longe ab Apia.

D I O N Y S I O
A V G ̄ ̄ D I S P
A E L I V S T P O H I M V S
A M I C O ̄

Ramsay descripsit.

3 traditur T P O H I M V S.

VI. AEZANI Phrygiae (p. 69. 977).

1452 tabula magna, iacens una cum columnis aliquot ad viam in colle inter Arslan Apa et Gōdjeler. Titulum Ramsay iudicat pertinuisse ad terminationem factam inter territoria Apianorum et Aezanitanorum Phrygiae.

I I R A P I R I V M P A V
L I N V M P R O C V R S E
P T E M B R E A V G L I b

Ramsay misit a. 1884.

I I (vel P) I (non E) P (vel R) sequente spatio vacuo in lapide esse ait Ramsay. Videtur fuisse: [*terminus positus inter ... per*] Ti. (?) *Papirium Paulinum procur(ante?) Septembre Aug. li[b.].* Extrema, cum non plus duae litterae deficiant, vix licebit ita interpretari, ut Paulinus procurator evadat, September adiutor eius.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 585).

1453 ad Eph. V n. 1370. Πολιτογράφος reperitur in titulis Prusiadis Bithyniae (Lebas-Waddington n. 1178; Perrot *expl. de la Galatie* p. 32) et Ancyrae Galatiae (Ramsay *bull. de corr. hell.* 7 p. 17).

AVGVSTOPOLIS Phrygiae.

1454 Gebejeler, qui vicus est horis tribus a Karahissar orientem versus, prope Augustopolin (Sürmeneh), inter eam et Docimium.

S I L V A N O
S A C R V M
T I B C L V I
B I A N V S
5 3 L E G X I I I
G E M P I F I F R V
V O L S O L E

Ramsay descripsit.

Accedit titulus ad non multos quos habemus centurionum frumentariorum legionem enuntiantium (v. Cauer huius Eph. IV p. 458).

1455 Sürmeneh.

V F R V
R M P f

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 586).

1456 Karahissar.

BRADVA E VARO C p. C. 160
OFF PELAG · CAES
CLAVDIN B QVA

LOCO XVIII

5 B / A

Ramsay descripsit.

1 pro E traditur Λ.

1457 Karahissar.

IMP ANT } o p. C. 161
NINO N III } et
IMP · VERO } ii
COS OFF P } e
5 LAG CAES }

Ramsay descripsit.

ILIVM (*Hissarlik*) Mysiae.

1458 basis quadrata, cui statua immissa fuit, rep. Kum-Kioi in coemeterio Turcico.

D N
fL CLAUD IULIANO
p. f. seMPEr AVg

Schliemann Troia (1884) p. 264.

Scripta est in litura sublato titulo anteriore. — Traditur sic: DN | L · CLAUD IULIANU | D I IMPER AVF.

1459 Kum-Kioi in coemeterio Turcico.

pro salute et
VICTORiA
d. n. fL · IOViani
pii feLICis AVG
5 AVR · HERMOGENes u c
prOCONSUL · asiae

Schliemann Troia (1884) p. 264.

Exemplum imperite factum sic editum est: ROU | UICTOR | UREL · IOU | LICi AUG | UR · HERMOGE | O CONSUL · X · In laterculo praefectorum urbis qui ad a. 309 nominatur *Aurelius Hermogenes* aut idem fuit aut huius pater.

SAMOS insula (p. 85. 982).

1465 base de marbre gris, caractères très allongés. Tigani in campo prope ecclesiam Metamorphoseos.

SOSSIAE · POLLAE · POMPEIVS
FALCO · PROCOS · ASIAE
SANCTISSIMAE VXORI

Carolus Diehl et Mauricius Holleaux *bull. de corr. hell.* 8 p. 465.

Q. Pompeius Sex. f. Falco consul suffectus aetatis Hadrianae pater fuit Q. Pompeii Senecionis Sossii Prisci consulis ordinarii a. 169; matrem eiusdem cum ex nomine filii antea intellectum esset filiam fuisse Q. Sossii Senecionis consulis a. 99. 107, iam ipsum nomen eius Pollae hic titulus addit. Stemma dedimus ad vol. VIII n. 7066.

Viae Asiae (supra p. 64. 591).

1466 ad Eph. V n. 176. Secundis curis ita emendavit extrema Ramsay:
A PRY | M NESSO | III Γ. Est igitur miliarium non tertium decimum, sed tertium.

1467 ad Eph. V n. 1403. Ectypo inspecto emendo 6 ΚΩΝΚΤΑ.

1468 ad Eph. V n. 1404. Ectypum, quod inspexi, quatenus dispicere potui lectionem confirmavit.

ACHAIA.

CORINTHVS (v. supra p. 70).

1469 ad Eph. V n. 195. 'Qui in titulo Bovillensi (Henzen n. 6019) nominatur Q. Licinius ... Modestinus ... Labeo, aut idem est aut familiae eiusdem' Dessau.

1470 ad Eph. V n. 196 v. 4 ante POTEST excidit TRIB.

THEBAE (v. Eph. IV p. 50).

1471 Thebis rep. m. Dec. a. 1881 in fundamentis domus cuiusdam; sed adnotat Foucartus ad aedificandas Thebas quae nunc sunt passim saxa adlata esse ex ruderibus Tanagrae, Thespiarum, Plataeae, itaque de vera origine nequaquam constare. Iacet ante aedes ludimagistri.

ST · VALLIVS · ST · F · LEM · RVFVS	AN · IOCHVS · ATHENA · DIS
CN · CASTRICIVS · A · F · PAL · MACER	ANDROCLES · ATHENA · DIS
A · CASTRICIVS / f. III · MODESTVS	SATVRVS · CAPHISIAE
P · BRVTIVS / f. QVI · RVFVS	PAMMENVS · CHRYSERMI
5 T · STATILIVS TAVRI · L · EROS	L · AMBASIVS ModESTVS
L · LICINIVS · FESTVS	L · MARIVS · GRECINVS
T · STATILIVS TAVRI · L · FAVSTVS	ST · VALLIVS · FAVSTVS
C · // // // // // // // // // REX	L · AMBASIVS · ILVS
T · STATILIVS · TAVRI · L · FESTVS	
10 SEX · AEMILIVS · PRIMVS	EXACESTVS · MYRTONIS

SEX · APPVLEIO · SEX · POMPEIO · COS · 14 p. c.
PR · IDVS · DECEMBRES · DEDICATA

Foucart *bull. de corr. hell.* 6 (1881) p. 276.

2, 1 ANIOCHVS · ATHENADIS — 2 ATHENADIS traduntur.

Dedicant homines undeviginti, decem ingenui libertinive, magistri fortasse, novem alii libertini servive loco uno vacante, fortasse ministri. Eodem anno d. Sept. 17 cum Augusto honores caelestes decreti sint, probabiliter coniecit Foucartus aram hanc ad id senatu consultum divo recens facto consecratam esse a civibus Romanis quibusdam in Graccia alicubi consistentibus.

TH. MOMMSEN.

PRIVILEGIUM MILI

(supra)

LXXIX. DOMITIA

a. 90 d. Oct. 27.

Tabulae longae sunt mill. 203, altae mill. 160—162; in posteriore extrinsecus cernuntur vestigia lamellarum aenearum longarum mill. 140, distantium mill. 24, adferruminatarum ad signacula defendenda. Rep. ad Mogontiacum,

intus: tabella prior

IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS AVGVS
 TVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC
 POTESTAT · X · IMP · XXI CENSOR PERPETVVS
 COS XV PATER PATRIAE
 5 EQVITIBVS QVI · MILITANT · IN ALIS QVATTVOR I
 FLAVIA · GEMINA · I · CANNENEFATIVM · I SINGVLARIVM · SCVBV
 LORVM · ET PEDITIBVS ET EQVITIBVS QVI IN COHORTIBVS
 DECEM ET · QVATTVOR · I · FLAVIA DAMASCENORVM · MIL
 LIARIA I BITVRIGVM I · THRACVM · I · AQVITANORVM
 10 VETERANA · I · ASTVSVM II AQVITANORVM II CYRENAICA ·
 II RAETORVM · III DELMATARVM III ET IIII AQVITANORVM
 IIII VINDELICOR · V · DELMATARVM · VII RAETORVM QVAE
 SVNT IN GERMANIA SVPERIORE · SVB · I · IAVOIENO
 PRISCO ITEM DIMISSIS HONESTA MISSIONE QVINIS
 15 ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPENDIIS · EMERITIS

tabella posterior

QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE
 RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONV
 BIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT
 CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES ESSENT
 20 CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
 sic GVLI SINGVLAS · A · D · VI · K · NOVEMBR
 ALBIO PVLAIENO · POLLIONE COS
 CN POMPEIO LONGINO
 COHORT · I · AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
 25 M ARRECINVS GEMELLVS
 EQVITI
 MVCAPORI IPTACENTIS F · THRAC
 DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
 QVAE FIXA EST ROMAE

TVM EXPLETVM

p. 615).

NVS MUCAPORI.

rep. Mogontiacy, adservata ibi et Wormatiae.

mox altera tabella inlata est in museum Mogontiacense, altera pervenit in Wormatiense.

extrinsecus: tabella prior

IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS
 AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS
 TRIBVNIC · POTESTAT · X · IMP · XXI CENSOR
 PERPETVVS COS · XV PATER PATRIAE
 5 EQVITIBVS QVI · MILITANT · IN ALIS QVATTVOR I
 FLAVIA · GEMINA · I · CANNENEFATIVM · I SINGVLA
 RIVM · SCVBVLORVM · ET PEDITIBVS ET EQVITIBVS
 QVI IN COHORTIBVS · DECEM ET · QVATTVOR · I · FLA
 VIA DAMASCENORVM · MILLIARIA I BITVRIGM
 10 I · THRACVM · I AQVITANORVM · VETERANA · I · ASTVRM
 II AQVITANORVM II CYRENAICA · II RAETORVM · III
 DELMATARVM III ET IIII AQVITANORVM IIII VINDE
 LICOR · V · DELMATARVM · VII RAETORVM QVAE
 SVNT IN GERMANIA SVPERIORE · SVB · I · IAVOLENO
 15 PRISCO ITEM DIMISSIS HONESTA MISSIONE QVI
 NIS · ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPENDIIS EMERITIS
 QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE
 RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CO
 NVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVSSSENT
 20 CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES · ES
 SENT CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTA
 XAT SINGVLI SINGVLAS A · D · VI · K · NOVEMBR ·
 ALBIO PVLLAIENO POLLIONE COS
 CN POMPEIO LONGINO
 25 COHORT · I AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
 M ARRECINVS CEMELLVS
 EQVITI
 MUCAPORI EPTACENTIS F THRAC
 DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
 30 QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO POST TEMPLVM
 DIVI AVG · AD MINERVAM

tabella posterior

Q · MUCI	AVGVSTALIS
L · PVLLI	VERECVNDI
C · LVCRETI	MODESTI
C · POMPEI	EVTRAPELI
C · IVLI	CLEMENTIS
Q · VETTI	OCTAVI
L · PVLLI	IANVARI

Imp. Caesar, divi Vespasiani f., Domitianus Augustus Germanicus, pontifex maximus, tribunici(a) potestat(e) X, imp. XXI, censor perpetuus, co(n)s(ul) XV, pater patriae

equitibus, qui militant in alis¹⁾ quattuor (1) I Flavia gemina, (2) I Cannefatium, (3) I singularium, (4) Scubulorum, et peditibus et equitibus, qui in cohortibus¹⁾ decem et quattuor (1) I Flavia Damascenorum milliaria, (2) I Biturigum, (3) I Thracum, (4) I Aquitanorum veterana, (5) I Asturum²⁾, (6) II Aquitanorum, (7) II Cyrenaica, (8) II Raetorum, (9) III Delmatarum, (10) III et (11) III Aquitanorum, (12) III Vindelico(r)um, (13) V Delmatarum, (14) VII Raetorum, quae sunt in Germania superiore sub L. Iavoleno Prisco³⁾, item dimissis honesta missione, quinis et vicens pluribusve stipendiis emeritis⁴⁾,

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas.

a. d. VI k. Novembr. Albio Pullaieno Pollione, Cn. Pompeio Longino cos. cohort(is) I Aquitanorum veteranae, cui praest M. Arrecinus Gemellus, equiti Mucapori, Eptacentis⁵⁾ f., Thrac(i).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae⁶⁾ in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

¹⁾ Verba *equitibus, qui militant in alis . . . , et peditibus et equitibus, qui in cohortibus . . .* recedunt a forma solita *equitibus et peditibus, qui militant in alis . . . et cohortibus . . .* (cf. C. I. L. III p. 906).

²⁾ ASTVSVM intus.

³⁾ I·IAVOLENO PRISCO extr., I·IAVOIENO | PRISCO intus. In utraque tabula praenomen hasta sola repraesentari quaerenti mihi rescripsit Weckerlingius.

⁴⁾ Haec quoque recedunt a formula sollempni et ut scripta sunt laborant ambiguitate; scilicet verba *quinis et vicens pluribusve stipendiis emeritis* cum pertineant et ad eos qui militant et ad dimissos, per se ad hos solos referri possunt. Similiter scripta est lex et tempore huic proxima et sine dubio ab eodem homine dictata anni 88 pertinens ad exercitum Sardum (Eph. II p. 183) sic concepta: [*equitibus et peditib*u]s *qui militant [in cohortib]us . . . it[em dimissis hon]esta missione ex iis[dem cohorti]bus quinis et vicens pluri[busve st]ipendiis emeritis.*

⁵⁾ EPTACENTIS extrinsecus, IPTACENTIS intus; illud verum esse ostendit titulus Aquincensis supra p. 616 laudatus.

⁶⁾ in *Romae* finit int.

Priorem tabulam intercedente Hettnero Treverensi benigne descriptam misit Weckerling professor Wormatiensis. Posteriorem delineatam miserunt Carolus Zangemeister Heidelbergensis et Iacobus Keller Mogontiacensis; eam edidit hic *Westdeutsches Correspondenzblatt* a. 1884 Iun. 1. In priore de quibus elementis non satis constabat Weckerlingio, repraesentantur inclinata. — Litterae I et T et L passim vix differunt.

Alarum, quae sunt numero quattuor, duae, I Flavia gemina et Scubulorum, redeunt in reliquis tribus legibus ad eundem exercitum pertinentibus annorum 74 (C. I. L. III p. 852) et 82 (Eph. IV p. 495) et 116 (C. I. L. III p. 870. 871), tertia I Cannenefatum in legibus a. 74 et 82. Quarta sola quamquam ipsa non minus nota, tamen in Germania nova est. Hoc compereram castra eam in Raetia habuisse a. 107 (C. I. L. III p. 866); iam intellegitur eam inter a. 90 et 107 ex Germania superiore in Raetiam transiisse. — Cohortes quattuordecim non solum ipsae notae sunt omnes, sed omnes reperiuntur in legibus tribus modo nominatis. Adsunt quattuor earum in omnibus tribus, scilicet I et III Aquitanorum, VII Raetorum, I Thracum; duae in legibus a. 74 et 116, quae sunt II Cyrenaica et V Delmatarum; una in legibus a. 82 et 116, II Raetorum; quattuor aut in legibus a. 74 et 82 aut in illa sola III Aquitanorum, I Asturum, I Biturigum, III Vindellicorum; una in lege a. 82 II Aquitanorum; duae in lege a. 116 I Flavia Damascenorum et III Delmatarum. Itaque ex lege quae iam comparuit a. 90 hoc tantum proficimus cohortes proxime nominatas aut ad annum eum aut ab eo castra habuisse in Germania superiore. — Videlicet exercitus Germanicus quaenam auxilia habuerit aetate Flavia quamquam ex singulis legibus plene effici non potest, cum nulla lex omnia simul enuntiet, pluribus legibus ex hac provincia prolatis ita patefactum est, ut novae tabulae eius aetatis eiusque provinciae ad laterculum quod addatur vix iam afferant.

Legatus quoque, qui Germaniae superiori praefuit anno 90, notus est. Scilicet Iavoleni Prisci clarum adhuc est inter iuris prudentes nomen, isque quos honores administravit, olim aperuit basis statuae dedicatae ei Nadini in Dacia a quodam amico (C. I. L. III, 2864 cum add. p. 1062) inscripta *C. Octavio Tidio Tossiano Iavoleno Prisco l(egato) leg(ionis) III Aug(ustae), iuridic(o) provinc(iae) Britanniae, leg(ato) consulari provinc(iae) Germ(aniae) superioris, legato consulari provinc(iae) Syriae, proconsuli provinc(iae) Africae, pontifici*. Omisit qui scripsit honores urbanos omnes ipsumque consulatum, in cuius vicem legationes Germaniae et Syriae consulari datas esse item praeter consuetudinem enuntiavit. Eum ipsum esse iuris auctorem memoratum cum apud Plinium in epistula 6, 15 tum in Digestis passim inde efficitur, quod hic dicitur magistratus gessisse in Africa et in Syria (Dig. 40, 2, 5); accedit ex hac lege Germania. Aetatem eius praeter hanc legem duo sunt quae determinent, quod in secta iuris Sabiniana, cui praefuit, successit Cn. Aruleno Caelio Sabino consuli anni 69 (Dig. 1, 2, 2, 53) et quod Plinius in epistula, quam supra laudavi, scripta anno fere 106 vel 107, eum narrat adfuisse Romae recitationi cuidam. Iam huius legis beneficio illis indicationibus certiores accedunt et recte determinatae, scilicet consulatum eum gessisse ante a. 90, praefuisse Germaniae superiori eo ipso anno. Confirmatur ita quod olim intellectum est perperam a scriptore vitae Pii c. 12 Iavolenum referri inter iuris auctores ab imperatore Pio adhibitos; nam vix advivere potuit ad a. 138, cum natales secundum ea quae nunc didicimus ante a. 60 reiciantur. — Sed gravis difficultas restat in praenomine. Iuris auctori praenomen fuisse Lucii et haec lex ait (de Tito enim, quod aes pariter admit-

tere videtur, non erit qui cogitet) et confirmat laterculus calatorum pontificum et flaminum anni 102 (C. VI, 2184. 2185). Nam cum constet Priscum eo tempore et vixisse et fuisse pontificem, calatores autem lectos esse ex sacerdotum libertis, qui in laterculo illo recensetur *L. Iavolenus Phoebus* necesse est manumissus sit a iuris auctore Prisco et praenomen a domino traxerit. Etiam in titulis Iavolenorum urbanis, qui compositi sunt C. VI, 19663—19668, praenomen Lucii quater, aliud autem nullum reperitur; videnturque homines illi omnes pertinere ad Prisci nostri familiam unici in ea gente conspicui viri. At in basi Nadinensi eum Gaium appellari vix videtur posse in dubium vocari; minus fortasse offendet coniectura, sane molesta et ipsa, duo praenomina Priscum habuisse eorumque alterum in basi illa praeteritum esse. Honoratum Nadini quominus statuamus differre ab auctore iuris, obstant tres magistratus Germaniae Syriae Africae, quos et iuris auctorem gessisse novimus et basis enuntiat.

Praeterea cum iam constet Priscum iuridici officio functum esse primis annis imp. Domitiani, confirmatur, quod alibi defendi (huius Eph. IV p. 225), iuridicos institutos esse non ab Hadriano, sed ab ipso Augusto.

De consulibus sufficiunt quae disputavi supra p. 616 latente etiamtum tabella priore; hoc solum addendum est anni 90 suffectos alios adhuc nullos innotuisse.

Locus fixae legis is est, quem adhuc noramus usurpari coeptum esse inter a. 86 et 93 et deinceps mansisse. Iam hac lege prolata restrictis terminis illis intellegitur eam consuetudinem legum de civitate figendarum ad Mineram coepisse inter a. 86 et 90.

TH. MOMMSEN.